¶ Et factis venditõibus ⁊ deliberatõib⁹ de ꝑdictis notarij cõis papie tenea
tur ⁊ debeãt imbreuiare ipsas vẽditiones ⁊ deliberationes cũ pactis modis
formis:⁊ ꝓditionibus ipsorꝫ cõtractuũ ⁊ deliberationẽ:in breuiarijs ipsorũ.
Et q teneant ⁊ debeãt ipsi notarij dare ⁊ ꝓsignare ad camerã ratõalez cõis
papie notarijs ipsius camere ⁊ rationatoribus infra mensez tunc ꝓxime ve/
nientẽ post dictas vẽditões ⁊ ꝗctus ipsas vẽditiones:deliberatões:⁊ ꝗctus:
vt de ipsis copia fieri possit:sub pena libraꝫ quinqz papieñ. ꝑ quolibz dictorꝫ
notariorꝫ

notariorꝫ:⁊ ꝑ qualibet vice qua cõtrafactum fuerit in aliquo.

¶ Nõ nullus officialis cõis papie possit incãtare redditus cõis papie: nec
pignora:nec equos que ⁊ qui vendent ad incantum cõmunis papie. Rica.

xxxj **Item** Statuimus q aliquis officialis cõis papie sallariat⁹ ab ipo cõ/
muni seu habens ⁊ pcipiens salariũ ab ipso cõi tpe sui officij nõ
possit per se nec p aliũ eius noĩe incãtare nec ad incãtũ cõis papie emere nec
emi facere:nec societatẽ seu cõionẽ cũ aliquibus incãtãtib⁹ hẑre directe vel
p obliquũ in aliquibus redditibus:puẽtibus:⁊ vtilitatibus cõis papie:nec ĩ
aliqbus pignoribus nec equis:asinis:seu bestijs:nec aliquibus alijs rebus q
⁊ que vendant ad incantũ cõis papie: sub pena amissionis pretij reddituuz
puẽtuũ ⁊ vtilitatẽ ẽptarũ ⁊ ẽptorũ:⁊ incantatorꝫ ⁊ incãtatarũ. Et vltra hec
ipse incãtus ⁊ ipsa ẽptio nõ valeat nec teneat ipso facto. Et si repietur seu re/
pertus fuerit hẑre ꝑtem in aliquo incãtu aliquorꝫ redditurũ seu alicuius red/
ditus cõis papie facto tpe quo ipe erat officialis cõis papie:ipso facto presu
matur ipse officialis dictũ redditũ incãtasse seu incantari fecisse. Ita tñ q in
dicto casu perdat pretiũ dicti redditus incantati:⁊ incantus ⁊ emptio predi
cta sit nulla ⁊ nullius valoris ipso facto quantũ est in fauorẽ ipsorꝫ officialiũ
emptorum:que pena perueniat in cõmune papie.

¶ Nõ officiales ⁊ notarij cõis. ꝑꝑ. teneat facẽ scripturas cõis. ꝑꝑ. Rica.

xxxij **Item** Statuimus q quilibet notariorꝫ salariatus:vel de gra ellect⁹ ha
bẽs faciens ac exercẽs officiũ in cõi papie:teneat ⁊ debeat face
re gratis oẽs scripturas dicti officij spectantes ⁊ ptinẽtes cõi papie:⁊ ad ip/
sum cõe totiẽs quotiẽs expedierit ⁊ fuerit reqsitus ad hoc p dñm ptãtem pa/
pie eius iudices ⁊ dños duodecim sapiẽtes vel alterũ ipsorũ:⁊ sine aliq̃ mer
cede ⁊ premio recipiẽdis a cõi papie ꝑ dictis scripturis fiendis:dũtamen p
cõe. ꝑꝑ. ⁊ ipsos officiales dẽt carte ⁊ papir⁹ ⁊ libri necessarij ꝑ ipsis scriptu
ris fiẽdis ⁊ exẽplãdis ⁊ explicãdis. ad q̃s scripturas fiẽdas ⁊ exẽplãdas di
cti notarij possint ꝓpelli qbuscũq̃z iur] remedijs p q̃scũq̃z officiales cõis. ꝑꝑ.

¶ De bãnis ⁊ cõdemnationibus ⁊ absolutionibus tangentibus vtilitatem
cõmunis papie:vel contra:legendis ⁊ publicandis ad arengeriam que est su
per pontili nouo cõmunis papie. Rica.

xxxiij **Item** Statuimus q ꝓdẽnatiões absolutões secute ĩpositiões onerũ q̃
dabũt ⁊ fiẽt p ptãtẽ papie ⁊ alios presidẽtes in fauorẽ ⁊ vtilita
tem cõis papie:vel ꝓra ipsuz cõe:legant ⁊ publicent ⁊ legi ⁊ publicari debe
ant sono tube premisso in arẽgo publico ĩ curia cõis papie ad arẽgeriã que ẽ
super põtili nouo cõis papie:vel ad arẽgeriã que ẽ sup pontili deuersus gua
stos:⁊ nõ alibi nec aliter. Et si secus factum fuerit non valeat nec teneat id
quod cõtra dictã formã factum fuerit:nec de ipsis aliqua executio fiat.

¶ Quod fides adhibeatur instrumentis publicis subscriptis. Rica.

xxxiiij **Item** Statuimus q fides adhibeat ⁊ stet cuicũq̃z instro ⁊ instris scri
ptis ⁊ subscriptis manu cuiuscũq̃z notarij: dũmõ scriptũ seu scri

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pta sit seu sint iussu illius notarij:cui rogatuz seu iussuz fuerit:seu rogata seu iussa fuerint:ac si manu ꝓpria tm̃ ipsius notarij cui rogatũ vel iussum sit: seu rogata vel iussa sint scriptũ seu scripta fuerit:⁊ credaꝫ iussu illius notarij scriptum seu scripta esse:q se in prio instro seu in ipsis instris se subscripserit. Et q̃ oia ⁊ singula instra publica facta ⁊ scripta per manũ tabellionis seu publici notarij de collegio notariozũ ciuitatis papie:iussu seu mãdato alteri⁹ notarij ⁊ tabellionis publici ꝺ collegio notarioꝝ ciuitat] papie cui sint seu fuerint cõmissa breuiaria ꝓthocolla ⁊ scripture alicuius alteri⁹ notarij:⁊ subscripta manu illius notarij:cui dicta breuiaria ꝓthocolla ⁊ scripture sint seu fuerint cõmissa ⁊ cõmisse ꝑ vnũ ex cõsulibus papie:ex cõsensu cõsulũ collegij notariozũ papie vel alteri⁹ ipsoꝝ valeãt ⁊ teneãt ⁊ robur ⁊ firmitatẽ publici instrumenti obtineãt.et eis plena fides adhibeaꝫ tãquã instro publico: nõ obstantibus aliquibus statutis ꝓuisiõibus seu reformatiõibus cõis papie ĩ cõtrariũ factis ⁊ fiẽdis.Et nõ obstante aliquo iure ciuili vel canonico in cõtrarium faciẽte:que in ꝗriũ faciẽtia sint cassa ⁊ irrita ⁊ nullius valoris ⁊ momẽti huius pñtis statuti auctoritate:ac si in ipsis ⁊ quolibet ipsozuz in hoc pñti statuto fieret mentio spãlis.Et ꝑdicta oia ⁊ singula locũ hẽant ĩ negotijs instrumẽtis ⁊ causis ꝑteritis:pẽdentibus:⁊ futuris.Et ẽt locũ hẽant predicta oia ⁊ singula tã in quibuscũqz instrumẽtis spectantibus ⁊ pertinẽtibus quibuscunqz ecclesijs ⁊ ecclesiasticis personis q̃z laycis.

¶ De determinatiõe personaruz cuius parochie sint. Rica.

xxxv **Item** Statuimus q̃ quelibet persona ciuitatis papie intelligaꝫ ⁊ sit ⁊ eẽ censeatur cum oibus de familia sua:de ⁊ in illis porta ⁊ parochia:in qua vel in quibus pro maiozi parte anni ipsa persona ꝗmuniter ⁊ ipse cum familia sua ingreditur ⁊ regreditur sue habitationis domum:quo ad honozes ⁊ onera.

¶ Ut quis eadem colta dupliciter non grauetur. Rica.

xxxvj **Item** Statuimus q̃ nulla persona eadem colta dupliciter grauetur.⁊ siquis positus ẽ vel fuerit ꝑ se seu nomĩe suo ad aliqꝺ onus soluẽdũ cõi papie:q̃ ipse sic positus nõ teneaꝫ ad solutionẽ alicuius oneris ꝑpositi suis vel heredibus alicui⁹ defuncti:cuius heres sit ex testõ vel ab ĩtestato:vel alicuius defuncti hereditas in eum perueniat aliquo iure siue titulo ante impositionem dicti oneris.

¶ Qualiter debeãt mensurari pãni qui venduntur ad brachium:⁊ de pena contrafacientis. Rica.

xxxvij **Item** Statuimus q̃ decetero quelibet persona que vendat pãnũ ad brachiũ teneatur ⁊ debeat ipsum mẽsurare ⁊ mẽsurari facẽ hoc modo:vz q̃ hẽat discũ discoptũ absqz tela ⁊ absqz aliquo alio velamĩe supra: ⁊ sup dicto disco teneatur ac debeat drapũ quẽ vendit duplicatũ ꝑ longitudinem drapi ponere sup discho absqz eo q̃ aliqua ꝑsona teneat drapuz ab alio capite petie pãni.Et eo sic posito ⁊ stante teneatur ⁊ debeat mensurare deuersus spicũ drapi:⁊ vltra ponere digitũ policẽ manus vnius planũ sup drapo:⁊ in capite dicti policis exclusiue ponere pasum planũ super drapũ stãtẽ

vt supra

vt supra dictũ est.Et in capite dicti pasus exclusiue ponere ⁊ tenere dictum policẽ vt supra.Et in capite trãsuersus dicti policis exclusiue ponere pasum stãtem planũ vt supra dictũ est.⁊ sic de singulis ponere ⁊ facere.Et dict⁹ pasus semp ponaꝫ:⁊ cũ eo dicto mõ mensureꝫ ponẽdo ⁊ tenendo drapũ ĩtra cimosam exclusiue ⁊ drapũ inclusiue. Ita q̃ vltra pasum dictozũ brachiozum que dabit ⁊ vẽdet semp ponat venditoz digitũ vnũ policẽ a quolibet capite dicti pasus plani vt supra. Et si venditoz seu vendi faciẽs drapũ ad mensuram fecerit contra ꝑdicta incurrat penã cõi papie applicãdam solidoꝝ qnqz ꝑꝑ.ꝑ quolibet brachio ⁊ qualibz vice. Et ptãs papie ⁊ iudex victualiũ tenentur ⁊ debeãt de predictis inquirere ⁊ circhare:⁊ inuẽtõi cuiuslibet ipsozuz credaꝫ ⁊ steꝫ.Et qlibet possit accusare:⁊ accusatoz ⁊ inuẽtoz ẽt si eẽt de familia ptãtis hẽat dimidiam dicte pene ptem.Et iudex victualiuz teneaꝫ cogere quẽlibet merchatorẽ drapozũ iurare de seruando dictũ statutũ ⁊ cõtra nõ veniendo ꝑ se vel ꝑ aliũ aliquo mõ.Et teneaꝫ euz cogere hẽre vnum dischũ vel plures coniunctos super quo mensuretur:qui sit vel sint longus vel longi ad minus brachijs sex.Et hoc statutum facere cridari per ciuitatem papie bis quolibet anno teneatur iudex predictus.

¶ De pena venditozum drapozum seu aliarum reruz non dimittentiũ quãlibet personam volentem ibi emere drapum vel aliam rem secuz habere quãlibet personam q̃z secum duxit vel habere voluerit. Rica.

xxxviij **Item** Statuim⁹ q̃ liceat cuilibet ꝑsone vñcũqz sit volẽti emere drapuz vel aliquã aliã rẽ ĩ ciuitate territozio vel districtu papie: vel aliq̃ domo statiõe vel alibi secũ hẽre ꝑsonã qualẽcũqz sibi placuerit. Et quecũqz ꝑsona tenẽs aliqd ꝑdictoꝝ ad vẽdendũ ibidẽ teneaꝫ ⁊õbeat admittere sine distinctiõe ꝑsonarũ quãlibet ꝑsonã volẽtẽ ibi emere drapũ seu aliã rẽ cũ alia qualibet ꝑsona ⁊ ꝑsonis quas emere volẽs secũ duceret vel duxisset:⁊ predicta omnia ⁊ singula sub pena ⁊ banno solidozuz sexaginta papieñ. ꝑ quolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice.

¶ Quid ⁊ quantum accipere debeãt cimatozes ꝑ cimatõibus suis. Rica.

xxxix **Item** Statuimus q̃ cimatozes papie ⁊ district⁹ drapozũ venditoꝝ ad retalliũ nõ recipiãt nec hẽant ꝑ cimatura drapoꝝ nisi vt infra ꝑ brachio:vz ꝑ quolibet brachio cuiuslibz drapi qui cõstiterit libras tres ⁊ abinde supra:hẽant ⁊ recipiãt ꝑ cimatura cimato duabus vicib⁹ solidũ vnum ꝑꝑ.⁊ de quolibet brachio q cõstiterit solidos.xl.ꝑꝑ.⁊ ab inde supra vsqz ad solidos.lx.ꝑ quolibet brachio cimato duabus vicib⁹ denarios octo.ꝑꝑ. Et de quolibet brachio drapi q cõstiterit a soliꝺ.xx.⁊ abinde supra vsqz ad solidos. xl.ꝑꝑ.ipso cimato duab⁹ vicibus :ꝑ cimatura cuiuslibet brachij denarios sex.ꝑꝑ. Et de quolibet brachio drapi qui constiterit a solidis viginti infra pro cimatura cuiuslibet brachij denarios quattuor papieñ.

¶ De clauibus tribus scrinei sacristie maiozis ecclesie papie assignandis custodibus dicti scrinei. Rica.

xl **Item** Statuimus q̃ ad scrineũ cõis papie q̃ est in sacristia maiozis ecclesie papie sint ⁊ eẽ debeãt tres claues diuerse:que dari ⁊ assi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

gnari debeãt tribus legalibus viris.vni vz de collegio iudicũ ciuitatʒ papie. alij ꝺ collegio notariorꝫ papie.ꝛ alij ſacriſte cõis papie.vna vz,p quolibz:elligẽdis p dños duodeciz ſapiẽtes papie vel maiorẽ ptẽ ipſorꝫ.Qui ſic ellecti teneanꝯ ꝛ debeant tpe receptõis clauium p̃dictarũ iurare ad ſancta dei euãgelia corpaliter tactis ſcripturis de dictis clauibus: ꝛ de oibus ſcripturis que erũt in dicto ſcrineo bñ ꝛ legaliter cuſtodiẽdis ꝛ ſaluãdis ad vtilitatem cõis papie.Et de ꝓcurãdo ꝙ alie bone ſcripture acqſtorũ ꝛ priuilegiorũ dicti cõmunis ponãtur in dicto ſcrineo.Et ꝙ dicti duodecim ſapiẽtes teneanꝯ ꝛ debeant fieri facere ꝛ ſcribi ꝛ regiſtrari duo breuiaria de ſcripturis que ſunt ꝛ erũt in dicto ſcrineo quorũ regiſtrorũ vnũ ſtet in dicto ſcrineo: ꝛ aliud ad ſacriſtiã dicti cõis papie.Predictorũ aũt triũ legaliũ virorũ ellectões oĩ anno fiant per quindecim dies ante feſtum natiuitatis dñi. Habeãt aũt ꝛ habere debeant pro eorum ſalario ꝛ labore florenũ vnũ auri in anno pro quolibet ipſorum:ſoluendũ eis in fine anni:quando cõſignabũt claues ſucceſſoribꝰ ſuis.

¶ De vno libro fiendo in q̃ ſint deſcripta ꝛ auctẽticata priuilegia ꝛ omnia iura cõmunis papie. Rica.

xlj **Item** Quia ſepe cõtingit ꝙ priuilegia ꝛ iura cõis papie que gubernãt ſub tribꝰ clauibꝰ p diuerſas pſonas cũ difficultate hẽri poſſunt: ꝛ ẽt piculoſum eſt ꝓ quocũq; caſu emergẽti ipſa priuilegia de loco ſuo extrahere ꝓpter periculũ pditiõis:ſubtractiõis:vel vitupatiõis. Prouida delibe ratione ſtatuimus ꝙ p dñm ptãtẽ papie vel eius vicariũ ꝛ duodecim ſapientes p̃ſidentes negocijs cõis papie infra tres mẽſes ꝓxie veniẽtes ſub vincculo ſacramẽti deẽ opa cũ effectu:ꝙ oĩa puilegia cõis papie tã ipialia q̃ꝫ palia q̃ꝫ q̃ocũq̃ꝫ cõceſſa oĩaq; alia iura cõis papie:ſiue ſint cõuẽtiões vel cõfederatiões cũ aliqua ciuitate terra vel loco:ſiue ſint ẽptiões:vẽditiões:ĩ emphiteoſim datiões:feuda vel ſimilia iura ponanꝯ oĩa ꝛ deſcribanꝯ in vno volumine pulchrarũ cartarũ ꝛ bona littera.Et fiat dictus liber manu vniꝰ boni ꝛ ſolẽnis notarij:cũ ſubſcriptõe ſua poſt qõlibet inſtr̃m.Et dictũ librũ faciat cũ auctoritate ꝛ p̃cepto dicti dñi ptãtʒ eiuſq; vicarij ꝛ duodeciz ſapiẽtũ p̃dictorũ.Et demũ auſculteꝯ dictus liber de inſtr̃o in inſtr̃m:vel de priuilegio ĩ priuilegiũ :cũ p̃ñtia ꝛ in p̃ñtia dicti dñi vicarij:ꝛ quattuor vel qnq; notariorũ bone ꝓditiõis ꝛ fame:q ſe ſubſcribãt ſolẽniter vna cuz notario principali. In quorũ ſubſcriptõibus faciãt oẽs debitas ſolẽnitates:q̃ reqrunꝯ ad auctẽticãdũ ſolẽniter qõlibet inſtr̃m.Cui libro deꝯ plena fides ẽt abſq; ꝓductõe origialis inſtr̃i vel priuilegij. Et q liber ſtare debeat ad camerã rõnalẽ cõis papie.Et ibidẽ diligẽter cuſtodiaꝯ p officiales dicte camere:vt ide poſſit fieri copia q̃ñcũq; opus fuerit:ꝛ vt dictũ opus celerius pficiaꝯ. Statuimus ꝙ rõnatores camere añdicte ſub pena lib.xxv.ꝓ quolibz ipſorꝫ teneaꝯ daꝯ opãcũ effectu cũ dictʒ dño ptãte ꝛ vicario ꝛ ſapiẽtibꝰ ꝙ dictus liber ꝓpleaꝯ ĩfra tp̃s p̃dictũ:vel ſaltẽ ĩfra klẽdas Januarij,ꝓxie veniẽtes. ¶ Teneanꝯ ẽt dñs ptãs eiuſq; vicarius ꝛ duodecim ſapientes ꝛ rationatores predicti fieri facere vnum librum maſtrum omnium ſtatutorũ:in quo cõprehendanꝯ oĩa ſtatuta tã ciuilia q̃ꝫ crimialia:ꝺ regimĩe ptãtis: victualiũ:ſtratarũ cãpanie papie: ꝛ generaliter quecũq; ſtatuta:que ſint in cartis mẽbranis:qui liber remanere debeat ad ſacriſtiam cõis papie.

¶ De taxatiõe paraticorum ciuitatis ꝛ diſtrictus papie. Rica.

Item

xlij **Item** Statuimꝰ ꝙ ĩ ciuitate papie nõ ſint nec fiant nec eẽ debeãt aliq̃ paticha ſeu monopollia:becariorꝫ:furnariorũ:piſcatorꝫ:tabernariorũ:caligariorũ:ſartorꝫ:molinariorũ:retalliorũ:ferrariorũ:barbitõſorꝫ: nautarũ:pillizariorũ:muratorũ:ꝛ magiſtrorũ lignaminis:nec aliqꝺ aliꝺ patichũ ſeu monopollium.Et quelibet pſona ciuis ꝛ forẽſis vñcũq; ſit poſſit ꝛ valeat libere ꝛ ĩpune in ciuitate ꝛ diſtrictu.p̃p̃.exercere ꝛ opari quãcũq; arte nõ ꝓhibitaz iuꝯ vel ſtatuto.Et ꝙ in aliqua arte q̃ exerceaꝯ in ciuitate vel diſtrictu papie nõ poſſint nec eẽ debeãt aliq ꝓprij ĩ ipſa arte cõſules p̃ſidentes vel rectores ſeu ãciani vel officiales.Et ſiqs vel ſiqui ſint vigore p̃ñtʒ ſtatuti ſint ꝛ eſſe intelligaꝯ caſſi.Et ꝙ cõtra p̃ñs ſtatutuz aliqua pſona ciuitatis vel diſtrictus papie vel aliũde non audeat vel preſumat facere ſeu venire dicto facto vel ope:publice vel occulte:dirrecte vel indirrecte cõtra:ſub pena librarũ xxv p̃p̃.ꝓ quolibet contrafaciente ꝛ qualibet vice.

¶ Qꝺ carcerati ꝓ debito publico nõ poſſint impediri. Rica.

xliij **Item** Statuimus ꝙ aliqs carceratꝰ ſeu in carcere cõis papie detẽtus vel poſitus ꝓ debito publico ſeu maleficio nõ poſſit nec debeat mõ aliquo p aliquẽ nec ad petitionez alicuius ꝓ aliquo debito priuato ſaxiri vel aliter impediri.Saluo ꝙ ſi carceratus ſeu p̃dictus detentus reptus fuerit extra carceres cõis.p̃p̃.qꝺ tũc poſſit capi ſaxiri ꝛ impediri.

¶ De ſtratis mediolañ.ꝛ alijs ſtratis cõis papie reaptandis. Rica.

xliiij **Item** Statuimꝰ ꝙ ſtrata mediolañ.qua itur papia mediolanũ:ꝛ vniuerſe alie ſtrate publice quibus.p̃p̃.vndiq; veniꝯ longe a ciuitate papie p quinq; miliaria. Aptenꝯ ꝛ reaptenꝯ q̃ꝫ citius fieri poſſit ſ̃m ordinem ꝛ diſpoſitiõez officij dñorꝫ duodecim ſapientum ciuitatis papie.

¶ Qꝺ quelibz perſona habẽs aliquas poſſeſſiões per quas ſeu iuxta quas aque ſint ſolite deriuare teneaꝯ facere ꝛ fieri facere foſſata ſup ſuis terris:p que dicte aque labenꝯ:ꝛ ipſa foſſata tenere aperta. Rica.

xlv **Item** Statuimus ꝙ quelibet perſona cuiuſcũq; ſtatus ꝛ cõditiõis exiſtat:ꝛ quodlibet collegiũ ꝛ vniuerſitas:q̃ ſeu qꝺ hẽat ſeu poſſideat aliquas terras ſeu poſſeſſiões in diſtrictu papie p quas ſeu iuxta quas aq̃ ſolite ſint ꝛ cõſuete deriuare ꝛ labi:ꝛ ab ãtiquo labanꝯ ꝛ deriuenꝯ: teneanꝯ ꝛ debeãt facere foſſatũ ſeu alueũ ſuper p̃dictʒ ſuis terris ꝛ poſſeſſiõibꝰ:p q̃ foſſata ſeu foſſatũ aqua ſeu aque ab ãtiquo fuit vel fuerũt ſolita vel ſolite labi ꝛ deriuare ac diſcurrere.Et dicta foſſata ſeu alueũ tenẽ apta ꝛ ſpaciata ꝛ aptum ꝛ ſpaciatũ:taliter ꝛ eo mõ ꝙ aque que ſolite ſunt diſcurrere poſſint ꝛ valeant diſcurrere ꝛ deriuare ꝛ labi libere abſq; vllo ĩpedimẽto:ita ꝙ dicte aq̃ ſeu aqua ñ poſſit ſeu poſſint aliqꝺ dãnũ ſeu detrimẽtũ iferre vicinis poſſeſſionibus ꝛ terris exiſtẽtibꝰ ĩ pte ſupiori vel a latere.Et ꝙ dñs ptãs ciuitatʒ papie qui nũc eſt vel ꝓ tpe fuerit teneaꝯ ꝛ debeat cõpellere ꝛ cõſtringere quãlibet perſonã cõitatem vel vniuerſitatẽ ſeu collegium ad faciẽdum dicta foſſata ſeu alueũ.Et ad tenẽdum dicta foſſata ſeu alueũ aperta ꝛ ſpaciata.Ita ꝛ eo mõ ꝙ dicte aque ſeu aqua poſſint ꝛ valeant diſcurrere ꝛ deriuare ſine aliquo obſtaculo ꝛ impediẽto.Et cõdẽnare cõtrafaciẽtes in libris qnq; p̃p̃.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

p quolibet ⁊ qualibet vice ⁊ minus arbitrio ipsius dñi ptātis ispecta qualitate facti ⁊ cōditiōe persone. Et p̄dicta dictus dñs ptās teneat̄ ⁊ debeat obseruare ⁊ obseruari facere ex suo mero officio: ⁊ ad instātiā ⁊ requisitionē cuiuslibet persone collegij cōitatis ⁊ vniuersitatis hoc reqrētis: que seu qō dānificetur seu dānificari posset pp obstaculum ⁊ impedimētū decursus dictarum aquaꝝ: que discurrere ac deriuare seu labi non possent ꝑm decursum ipsarum aquarū seu aque solite solitum cōsuetum ⁊ antiquum.

¶ Quod quilibet ciuis teneatur ad minus habitare cum familia sua in papia per tres menses. Rica.

xlvj **Item** Statuim⁹ q oēs ⁊ singuli ciues ciuitat̄ papie ⁊ asserētes se esse ciues ciuitatis papie: ⁊ q cōtinue hītare cōsueuerint in burgis: terris: villis: locis: ⁊ castris: district⁹ papie. nō bāniti de tali maleficio de quo pena sanguis debeat ingeri: nec rebelles cōis papie teneant̄ ⁊ debeāt venire ad stādū ⁊ hītandū in ciuitate papie cū eorū familijs vel maiori pte familiarum suarū ⁊ cū vxorib⁹ si habēt p tres mēses cōtinuos cuiuslibz āni ad min⁹: vz de mēse nouēbris decēbris ⁊ ianuarij: si habēt in valimento libras quinqz mille vel abinde supra. Alioqn nō habeant̄ nec teneant̄ ciues nec p ciuibus ciuitat̄ papie. quo ad honores ⁊ officia cōis papie. Et vltra condēnent̄ cōi papie in libris qnquagīta. p̄p. Possint tñ duodecim sapientes quascūqz personas que eis videbuntur ex iusta ⁊ rationabili causa licentiare deliberare ⁊ absoluere a presenti statuto.

¶ Quot homines faciant cōmunitatem. Rica.

xlvij **Item** Statuimus q decē hoies ad minus nō ciues: quoꝝ qlibet sit caput domus stātes ⁊ hītantes in aliquo loco castro vel villa territorij vel districtus papie faciāt cōe ⁊ cōitatez: ⁊ nō pauciores numero. vt. s̄.

¶ De fideiussiōe prestanda per potestarias. Rica.

xlviij **Item** Statuimus q deinceps semel oī anno de mēse ianuarij dñs vicarius dñi ptātis papie teneat̄ ⁊ debeat a quacūqz ptāria districtus. p̄p. ⁊ a quacūqz p̄xia cāpanie papie: vz a squadrerijs dictaruz squadrarum sue squadre site i cāpania papie: videlz in p̄xia soprana: p̄xia mezana: ⁊ p̄xia subtana: ⁊ in ficomario. p̄p. vz a squadrerio seu q̄sule totius ficomarij facere dare fideiussiōes de oibus his ⁊ singulis: que statuta aliqua cōis papie tā maleficiorū: ciuilliū: gabelle salis: stratarū: victualiū cōis papie exigunt ⁊ reqrunt. Et que fideiussio auctoritate pñtis statuti ad oēs ⁊ singulos officiales cōis papie se extēdat ⁊ sufficiat. Qui officiales oēs ⁊ singuli p cōi papie teneant̄ ⁊ debeāt in oibus ⁊ singulis casibus ⁊ articulis dicta fideiussiōe esse cōtēti: ⁊ p eoꝝ officijs aliā fideiussionē seu pmissionē a dict̄ potestarijs squadrerijs ⁊ cōitatib⁹ locorū non exigere. Quos fideiussores notarij dñi vicarij accipe teneant̄: ⁊ de qualibet fideiussiōe hēre debeant p qualibet ptāria vel squadra florenū vnū auri ad plus. Et si eēt locus non suppositus alicui potestarie seu squadre predictarū: dictus locus teneat̄ si ibi habitauerint decez familie ⁊ nō aliter: ⁊ de qualibz fideiussiōe prestanda per locū aliquē nō suppositum vt supra bēant ⁊ habere debeāt solidos viginti papie p singulo loco ⁊

co ⁊ cōitate predict̄. ⁊ si plus dicti notarij exegerint cadant in pen ā libraꝝ. x p̄p. p qualibet vice. ⁊ incōtinēti exigat̄ p dñm vicariū. Et credat̄ cuilibz squadrerio seu cōsuli p qualibet ptāria seu squadra si p̄stare voluerint dictā fideiussionē p dictis cōitatibus: q sint cōsules vel squadrerij dictaꝝ potestariaꝝ ⁊ squadraꝝ. Et q singularia loca supposita ptārijs: vel squadris: vel de ficomario nō teneant̄ dare fideiussorē vel prestationē vel promissionē coram aliquo officiali cōmunis papie: nisi vt supra dictum est.

¶ Quod cōmunia locorum non faciāt statuta nec prouisiones cōtra cōmune papie vel homines ciuitatis papie. Rica.

xlviiij **Item** Statuimus q cōia ⁊ vniuersitates ciuitat̄ ⁊ districtus papie nō faciāt nec facere possint: statuta p uisiōes: reformatōes: siue ordinamenta aliquas vel aliqua ꝓtra cōe papie siue ciues ciuitatis papie vel aliquē ipsorum. Et si qua vel si que facta fuerint nō valeant nec teneāt ipso iur̄ ⁊ facto: ⁊ sint casse ⁊ cassa ⁊ p cassis ⁊ irritis habeantur.

¶ Q ō bubulci ⁊ camparij non cōpellant̄ ad aliqua onera rustica. Rica.

l **Item** Statuimus q aliqs ptās officialis seu rector: vel alia cōitas nō possit nec debeat cōstringere aliquē bubulcū cāpariū castaldum porchariū pastorē seu quēcūqz familiarē: q stet ⁊ habitet cum aliquo dño ad feudū ⁊ ad vnū panē ⁊ ad vnū vinū q ibi non hēat aliqua bona mobilia ⁊ īmobilia ad soluendū aliqua onera realia vel p̄sonalia p ipso cōi in quo fuerit vel venerit ad standū ⁊ hītandū: ⁊ si quis cōtrafecerit soluat p pena ⁊ bāno qualibet vice libras. xxv. p̄p. Et nihilominus ipsi bubulci cāparij gastaldi pastores seu familiares ad p̄dicta omnia minime teneantur.

¶ Quod decetero non fiat aliquod homagium. Rica.

lj **Item** Statuimus q aliqs ō ciuitate papie vel districtu alicui ciui. p̄p. vel territorij se ligare vel obligare p suo hoīe nō possit: seu homagium facere: nec se hoīem alicuius appellare: nec vnus aliū suū hoīem appellare p̄textu cuiuscūqz obligatōis p̄missiōis vel sacramēti. ⁊ si ꝓtrafactū fuerit nō valeat nec teneat. Sz sic cōtrafaciēs ⁊ pmittens oī pmissiōe ēt vinculo sacramēti sit liberatus ⁊ absolutus. Et vltra puniat̄ ⁊ ꝓdēnet̄ tā pmittēs q̄z pmissionē recipiēs p quolibet ⁊ qualibet vice in libris cētū. p̄p. nec eis reddatur ius in ciuili agendo nec defendēdo donec p̄dictā penā soluerit. Et si q homagiū vel obligatio facta fuit vel fuerit ipso iure ⁊ facto nō valeat nec teneat: ⁊ sit nullius valoris ⁊ momēti auctoritate presentis statuti.

¶ Quod reformatio non tollat statutum. Rica.

lij **Item** Statuimus q aliqua reformatio p uisio seu deliberatio vel ordinatio alicuius cōsilij ciuitat̄ papie nō tollat nec suspēdat nec minuat: nec tollere suspēdere minuere nec mutare possit in toto vel in parte aliquod statutū cōis papie: nisi illud fiat p cōsiliū generale ⁊ maius cōis papie. In quo cōsilio ad minus sint due ptes ipsius cōsilij. Et nisi oēs de dicto cōsilio fuerint citati voce p̄conia. Et nisi maior ps pñtiū in dicto q̄silio sit in q̄cor-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dia fcō pri⁹ ptito ad busſolas ⁊ balotas: niſi ꝓfirmatio ꝑfacti dñi iteruenerit.

¶ Qd̄ masculinū gen⁹ ꝓcipiat femininū: ⁊ pluralis numer⁹ ꝓcipiat singlare.

liij **Item** Statuimus q̄ in statutis cōis pp̄ masculinū genus cōcipiat femininū: ⁊ numerus pluralis ꝓcipiat singulare: ⁊ singular] cōcipiat pluralē: ⁊ p̄dicta locū hēant vbi ius vel natura non reſiſtit.

¶ De mercatis fiendis quibuſlibet die veneris ⁊ ſabbati in ciuitate papie ⁊ non alibi. Rica.

liiij **Item** Statuimus q̄ in quolibet die veneris ⁊ ſabbati cuiuſlibet ſeptimane fiat ⁊ fieri debeat ⁊ ſit mercatū generale in ciuitate papie. Et q̄ quelibz pſona vñcūqz ſit: dūmō nō ſit bānita pro maleficio cōis papie: poſſit ⁊ valeat dictis diebus: ⁊ quolibet ipſorum venire ſtare ⁊ redire ipſis diebus ad ipſum mercatum in ciuitate papie libere: abſqz eo q̄ poſſit inquietari turbari vel moleſtari in perſona vel rebus pro aliquo ōbito publico vel priuato. Et in aliquo caſtro ſeu caſtellātia burgo vel villa ſeu loco: vel eorūz territorio territorij papie ſeu iuriſditiōis papie non fiat nec fieri debeat nec teneri mercatum publicū de rebus aliquarum perſonarum non habitantiuz in ipſo loco burgo vel villa. Et q̄ aliqua perſona ciuitatis ⁊ territorij papie non portet nec ducat nec portari vel duci ſeu conduci faciat aliquam rem ſeu aliquas res ad vendendum permutandum ſeu alienandum in aliquo caſtro caſtellantia loco burgo vel villa territorij papie: ī quo vel in qua ipſa talis pſona non habitet cum familia ſua. Et ſi contrafactū fuerit: q̄ vēditiones alienationes ſeu permutationes predicte pro infectis habeanť: contrafacientes vel venientes condemnentur ⁊ condemnari debeant totiens quotiens contrafecerint in medietate valoris ſeu eſtimatiōis vel precij ipius rei ſeu ipſarū rerum. Et quilibet poſſit accuſare vel denunciare: ⁊ teneatur ſecretus: cuius pene medietas pueniat in cōe papie: ⁊ altera medietas in accuſatore ſeu denunciatorem. Cōmune vero caſtri ſeu caſtellantie burgi ville ſeu loci in cuius terra vel territorio dictū mercatū factū fuerit cōdemnetur pro qualibet vice in libris quinquaginta. pp̄. ⁊ minus arbitrio poteſtatis habito reſpectu facultatis caſtri burgi ville ſeu loci contrafacientis. Et etiam quilibet poteſtas ipſius loci qui contrafecerit. ⁊ ſi permiſſerit vel fieri non prohibuerit puniať in libris decem. pp̄. qualibet vice. Et quilibet cōſul ſeu vicarius dicti loci burgi ſeu terre in libris quinqz. pp̄. pro quolibet ⁊ qualibet vice. Quod quidem ſtatutum dominus poteſtas papie in principio ſui regiminis faciat cridari ſemel ⁊ ſubſequenter infra terminum ſui regiminis. Et faciat q̄ poteſtates ipſorū locoz ſiles cridas fieri faciāt p loca de quibus fuerint poteſtates.

¶ De vigore ſtatutoz cōmunis papie. Rica.

lv **Item** Statuimus q̄ oia ⁊ ſingula ſtatuta cōis. pp̄. facta ⁊ fieda itelligant ⁊ itelligi debeāt. Simplr ſicut lra iacet ⁊ ſonat nullo extrinſeco habito itellectu. Et ſi qua ſtatuta repiant ī aliquo ōdicere alicui ſtatuto pñtiū ſtatutoz cōis. pp̄. publicatoz milleſimo tricenteſimo octuageſimoprio vel de cetero fiēdo: vel aliud vel aliter repiať in alio ſtatuto q̄z ī ipis publicatis vt ſupra ſeu de cetero publicandis ſtatutis: illa non valeant nec teneant.

Sed

Sed ſolūmodo ſtatuta dicto tpe publicata: ⁊ de cetero publicanda ſint rata ⁊ firma. Et quecūqz alia ꝓria ipſofacto ſint caſſa irrita ⁊ nullius valoris.

¶ Qd̄ predicta ſtatuta habeant ſoluere ⁊ ligare: ⁊ roboris obtineant firmitatem. Rica.

lvj **Item** Statuimus q̄ ſupraſcripta ⁊ infraſcripta omnia ⁊ ſingula ſtatuta robur ⁊ vim obtineant: ⁊ attendi ⁊ obſeruari ⁊ adimpleri ac ligare habeāt ⁊ debeant īmediate a die ⁊ hora publicatōis ipſoz ſtatutoz in antea: niſi ſtatuto cōis papie aliter caueatur. ita tñ q̄ ad cauſas ⁊ queſtiones ⁊ iudicata ⁊ tranſacta vel finita minime ſe extendant.

¶ De pena non permittentis ſe pignorare. Rica.

lvij **Item** Statuimus q̄ ſi aliqs ciuis vel diſtrictualis papie habitās in ciuitate vel diſtrictu papie ꝓhibuerit pignus ſeu ſe pignorari nō permiſerit. Quādo pignorať ex parte poteſtat] vel eius officialis ſeu alteri⁹ officialis cōis papie. de facto abſqz aliqua ꝓdēnatiōe dñs poteſtas vel eius officialis ex cui⁹ pte tale pignoramētū fieri debebat punire debeat talē ſe nō pmittētez pignorari vel ꝓhibētē pign⁹ in libris. x. pp̄. q̄s poni ⁊ īcludi faciat intra cepuz: qui eſt ſupra palatiū cōis. pp̄. vbi iura reddunť. Et minus arbitrio poteſtatis vel iuſdicētis. Et credať de ꝓhibitione dictoz pignoz ſuitoz cum vno teſte fide digno: qui nō ſit de familia dñi poteſtatis pp̄. Et nō aliter.

¶ De officio conſulum mercatorum ciuitatis papie. Rica.

lviij **Item** Statuimus q̄ mercatores ciuitatis papie poſſint ⁊ valeant elligere ⁊ creare ſingulis ſex mēſibus duos bonos viros diſcretos ⁊ fide dignos: qui nomienť ꝓſules mercatoz. Quos ꝓſules volumus habere merū ⁊ mixtū imperium: ſed ſolaz iuriſdictione cognoſcendi de queſtionibus occurrentibus occaſione mercadantie inter mercatorē ⁊ mercatorē. Et coraz ipſis ꝓſulibus vnuſqſqz qui nō ſit mercator poſſit mercatorem cōuenire: non tñ e cōuerſo etiā p recōuētione: ſz ſolū coram ptāte pp̄ vel eius iudicib⁹. Quoz ꝓſuluz ſnia ſolū p ptātez vel eius vicariū executōi mādari debeat. A qnibus ſentētijs appelleť ⁊ appellari poſſit ad p̄dictos dños poteſtatē vel eius vicariuz. Quibus ꝓſulibus damus ⁊ ꝓcedimus auctoritatē ⁊ bailiam ꝓdemnādi ſuper fraudibus comiſſis in artibus ſpectātibus ad mercantiā vſqz in quātitatem ſolidoz viginti papie. ⁊ nō vltra a quibus ꝓdēnationib⁹ appellari non debeat. Non intēdentes ꝓpterea iuriſdictiōi ptātis pp̄ in aliquo derogare.

¶ Qd̄ poteſtas papie non poſſit pernoctare ſine licentia. Rica.

lviiij **Item** Statuimus q̄ dño poteſtati papie nō liceat ſtare ⁊ pnoctare extra papiā vel diſtrictuz: aliquo modo: niſi p negocijs ſpālibus cōis papie. per totū tēpus ipſius ſui regiminis: ſine parabola ⁊ licentia duodeciz ſapientū. Saluo ſemper ⁊ reſeruato p̄cepto ⁊ voluntate illuſtris ⁊ magnifici dñi dñi noſtri dñi Galeaz vicecomitis comitis virtutum.

¶ Qd̄ glibz iudex dñi ptātis pp̄. Sit horis ordinatis ad ſuū tribunal. Rica

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНТУ імені О. ПЕЧНИКОВА

lx **Item** Statuimus q̃ olibz iudicũ dñi ptãtis pp̃. Stare teneat omni die iuridico ad suũ tribunal ab omni hora cãpane pulsantis de mane vsqz ad tertias: ⁊ pulsantis post nonã vsqz ad vespas. Et faciat ratione z expeditã cuilibz postulãti bona fide. Qui iudex teneat vinculo sacramẽti stare ad bãchũ quolibet die in mane p̃ duas horas: ⁊ in octauis p̃ duas horas.

¶ Qd̃ potestas papie ⁊ eius iudices ⁊ officiales curie sue puras ⁊ mũdas manus habere debeant. Rica.

lxj **Item** Statuimus q̃ dñs ptãs papie iudices ⁊ milites seu collaterales ipsius: vel alius quicũqz de sua familia nõ possint nec debeãt recipere aliqd̃ munus p̃ter esculentũ ⁊ poculentũ: qd̃ paucis diebus ꝓsumi possit ab aliqua p̃sona laica ciuitatis vel districtus pp̃: vt aliũde vllo modo vel ingenio nõ possit nec debeat ipse dñs ptãs nec aliquis de eius familia habere vel recipere aliquid plus q̃z ꝓtineat in statutis vel ꝓuisionib⁹ cõis papie sub pena dupli estimatõis eius q̃ recepit ꝓtra formã p̃sentis statuti: applicanda cõi pp̃. Predictaqz locũ habeãt: nisi si assumpti fuerint ipsi vel aliqs eoz i arbitros vel arbitratores vel amicabiles ꝓpositores de partiũ volũtate: de ⁊ sup qõnib⁹: de quib⁹ nõ eẽt antea corã ipsis assumptis vt.s.lis mota vel ĩchoata.

¶ De pignoribus consignãdis per quemlibet seruitorez cõmunis papie ad cameram dicti cõmunis. Rica.

lxij **Item** Statuimus q̃ oĩa pignora que auferent aut pignorabunt p̃ seruitores ⁊ baruarios dñi potestatis ⁊ cõis papie in ciuitate ⁊ districtu papie ex parte dicti dñi ptãtis vel eius vicarij vel iudicũ vel officialiũ curie sue ac etiaz oĩum alioz officialiũ quorũcunqz: siue datioz gabellarũ ⁊ redditũ: siue stratarũ ⁊ pontiũ: siue farinarũ: siue campanee: ⁊ alterius cuiuscunqz officialis cõis papie: decetero consignent ⁊ ꝓsignari debeant apud camerariũ dicti cõmunis p̃sentẽ ⁊ futurũ per quẽlibz seruitorẽ cõis papie: cui fuerit data licentia faciendi pignorationẽ predictam ea die: vz si dicta pignoratio facta fuerit in ciuitate vel suburbijs ciuitatis predicte. Et ea die vel sequẽti ad minus si pignoratio facta fuerit in districtu papie cõputatõe facta a die qua fecerit reditum in ciuitate predicta. Saluo q̃ si pignora predicta vel eorũz aliqua secum non portauerit vel portari fecerit seruitor predictus: sed ipsa dimiserit ⁊ ꝓsignauerit in aliq̃ loco ydoneo: tũc sufficiat dicto seruitori dare in scriptis coram illo iudicente: de cuius p̃cepto dicta pignoratio fienda concessa fuerit: que ⁊ qualia pignora sint: ⁊ penes quem per eundem seruitorem fuerint ꝓsignata ⁊ recõmendata: sub pena arbitrio dñi potestatis papie si ꝓtrafactũ fuerit. Saluo damno ⁊ interesse dictorũz pignorũz quibus competit: in p̃eiudiciũ tñ seruitoris predicti ⁊ ꝓtra eundem seruitorem.

¶ Qd̃ nullus seruitor cõmunis papie audeat ire ad pignorãdum vel detinendum aliquẽ de p̃cepto vel licentia alicuius officialis papie quicunqz sit sine baruarijs dñi potestatis papie. Rica.

lxiij **Item** Statuimus q̃ nullus seruitor cõis papie tam audax inueniatur ⁊ sit qui vadat vel ire possit ad pignorãdũ vel detinẽdũ aliquẽ in ciuitate vel districtu papie de p̃cepto vel licentia alicuius officialis cõis papie

papie quicunqz sit sine baruarijs domini potestatis papie predicti sub pena librarum vigintiquinqz papie seruitori communi papie applicanda totiens quotiens contrafactum fuerit. Et quilibet possit esse accusator: ⁊ habeat medietatem pene predicte.

¶ De camparijs eligẽdis in q̃buscũqz locis territorij pp̃ ⁊ districtus. Rica.

lxiiij **Item** Statuimus q̃ deiceps p̃ quecũqz cõmunia ⁊ vniuersitates quorũcunqz locorum terrarũ seu villarũ territorij ⁊ districtus papie: decetero omni anno de mense Januarij teneantur ⁊ debeant sub pena librarũ xxv. papie p̃ro quolibet cõmuni seu vniuersitate: ⁊ p̃ro qualibet vice qua contrafactum fuerit in eorum locis terris ⁊ villis eligere vnũ campariũ vel plures camparios in quocũqz dictoz locoz terraruz seu villaruz. Qui cãparius seu camparij ꝓmittãt ⁊ iurent ad sancta dei euãgelia de bene custodiẽdo die noctuqz terras: campos: vineas: boscos: ⁊ possessiones dictorũ locoz terrarũ seu villarum: ⁊ blauas vuas ⁊ fructus ⁊ redditus qui adfuerint in ipsis. Et de notificãdo ⁊ manifestando dominis dictaruz terraruz vinearũ boschoz ⁊ possessionũ omnes ⁊ singulos: qui ipsis damnum dederint. Et de accusando ipsos tales damnum dantes coram potestate illius loci in cuius territorio illud damnũ siue damna data fuerint vel in ciuitate papie coraz illo iudice seu magistratu qui domino illius terre boschi vinee seu possessionis: in quo vel in qua dicta damna data fuerint placuerit. Et credatur assertioni dicti domini seu dominorũz: cum sacramento dicti camparij seu camparioz: seu dictis dominis terrarum ⁊ possessionũ de quantitate dicti damni: vsqz ad quantitatez librarum decem denarioz papie p̃ro qualibet vice.

¶ De satisdatione per campsores prestanda. Rica.

lxv **Item** Statuimus q̃ oes campsores seu tenentes ⁊ q̃ decetero tenere voluerint cambiũ: tabulã: seu banchuz pecunie seu monete in ciuitate papie vel burgis papie adherentibus eidez ciuitati teneant ⁊ debeãt coraz vicario domini potestatis papie omni anno de florenis mille auri satisdare ⁊ iurare de reddendo ⁊ faciendo bonaz ⁊ sufficientẽ rationẽ solutõez ⁊ satisfactionẽ quibuscũqz personis de rebus ⁊ monetis ac pecunia ⁊ q̃ztitatibus earum: quas ipsos cãpsores vel eorum socios vel officiales vel eorũz aliquem quomodolibet habere recipere vel ad eorũz manus peruenire ꝓtigerit vlla occasione. Et itelligant campsores socij ⁊ officiales ipsorũz campsorũ quicunqz steterit ad cambium: banchũ: seu tabulaz: seu locuz cambij ⁊ tabule deputati ad danduz reddenduz seu scribenduz monetaz vel pecuniã vel aliquas alias res cuiuscũqz generis existant penes eos vel aliquem ipsorũz sub recomẽdatione: deposito: aut fide: aut alio quoquomodo datas ⁊ ꝓsignatas vel depositas alia occasione. Et de p̃dictis omnibus ⁊ singulis obseruandis ⁊ firmiter attendendis: vicarius teneatur eos cõstringere ⁊ iurari facere ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis coram dicto vicario: quando docũqz fuerint requisiti de p̃dictis satisdatione ⁊ sacramẽto prestãdis vt sup̃. Quas satisdatiões approbare teneatur approbator cõis papie. Nec possit recipere vltra solidos viginti papie ꝓ qualibet satisdatione.

¶ De sindicatu dñi ptãtj pp̃: ⁊ eiꝰ familie: ⁊ d̃ satisdatõe p̃stãda p̃ eũ. Rica

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

lxvj **Item** Cum iuris rationib⁹ ꝓgruat ꝙ quilibꝫ officialis reddere debeat rationē sue vilicationis. Prouida deliberatōe duximus esse statuendum: ꝙ die illa qua nouus ptās intrauerit: statiꝫ post introitū elligantur per dños duodecim sapientes negocijs cōis papie presidētes quattuor boni ⁊ prudentes viri litterati: inter quos sit saltē vnus iurisperitus ō collegio iudicū ciuitatis papie: ⁊ vnus notarius discretus. ¶ Qui quattuor sint sindicatores ad sindicandū dñm potestatem ⁊ eius familiā vna cū sindicatore deputato vel deputando per Illustrē principē ⁊ magnificū dñm dñm nostrum. Et qui omnes sindicatores habeāt merū ⁊ mixtū imperiuꝫ omnimodā iurisdictionem in sindicatu predicto ꝯtra predictū dñm potestatem eiusqꝫ familiaꝫ. ¶ Coram quibus sindicatoribus quilibꝫ possit porrigere accusatōes: denunciationes: petitōes: ⁊ querellas: quas facere vel ꝓducere vellet ꝯ dictū dñm potestatem ⁊ familiaꝫ suam. Possint etiā ꝓcedere ꝑ inquisitionē generalem: ⁊ descendere ad specialeꝫ ꝓut eis videbit expedire. ¶ Et in predictis oibus ⁊ singulis possint ⁊ valeāt procedere sūmarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij: omni iuris ⁊ statutoꝝ solemnitate obmissa. ¶ Et ꝙ dictus dominus potestas teneatur ⁊ debeat tempore sui sindicatus dum respondebit cum familia sua inquisitioni generali, dare quattuor bonos ⁊ idoneos ciues ciuitatis papie fideiussores qui habeant in valimento communi estimatione ad minus libras mille imperialiuꝫ pro quolibet in manibus dictorum dñorum sindicatorum recipiētium nomine ⁊ vice Illustris principis domini nostri: ⁊ cōmunis papie: ⁊ omniuꝫ quoꝝ interesse posset: De faciendo bonam ⁊ idoneaꝫ rationem de gestis ⁊ administratis per se ⁊ familiam suam: ⁊ de stando ⁊ parendo preceptis dictoꝝ dominoꝝ sindicatoꝝ. Et de soluendo omnem ꝯdemnationem que fieri ꝯtigerit de eis vel aliquo ipsoꝝ: nec plures fideiussores dare possit. Qui dñs potestas ⁊ eius familia teneantur ⁊ debeant stare ad sindicatuꝫ ad minus per spaciū octo dierū: post exitū sui officij. ¶ Et si infra dictū tempus octo dierū: nullus libellus vel querimonia factus seu facta fuerit de eis vel aliquo ipsoꝝ: vel ꝑ inqsitionē nihil ꝯtra eos vel aliquē ipsorū inuentū fuerit: ꝙ tunc transactis octo diebus possint recedere cuꝫ benedictione dei: ⁊ gratia domini nostri ⁊ hominū ciuitatis papie. ¶ Si autem datus fuerit aliquis libellus vel querimonia vel per inquisitionem aliquid inuentū fuerit cōtra eum vel aliquem ipsoꝝ: ꝙ ille ꝯtra quez modo predicto ꝓceditur stare debeat ⁊ permanere ad sindicatuꝫ vsqꝫ quo super dicto processu: sententia lata fuerit absolutoria vel ꝯdēnatoria. Et vsqꝫ quo soluerit illud in quo fuerit cōdemnatus. Elligant etiam duo boni ⁊ sufficientes notarij per dictos dños sapientes qui scribant acta ⁊ ꝓcessus dicti sindicat⁹. Et post finitum dictum sindicatuꝫ ponant libri ⁊ sentētie absolutionū vel ꝯdēnationū ad cameram rationalem cōis papie. Qui sindicatores taliter ellecti habeāt a cōmuni papie ⁊ habere debeant pro quolibet ipsorum libras quinqꝫ papie ꝓ dicto sindicatu. Qui sindicatores durent per annum. Et possint sindicare quoscūqꝫ alios officiales cōmunis papie modo premisso.

¶ Qō per aliqua statuta non derogetur Decretis domini. Rica.

lxvij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus ꝙ per precedentia statuta nec cōfirmatōes de eis factā vel fiendā nō derogēt nec derogatū esse intelligatur ī toto nec in pte alicui decreto nec ordinamēto p̄fati magnifici dñi: seu eius mandato facto: seu confirmato edito vel edendo.

De ordine

j De ordine cause ciuilis in qua proceditur per viam libelli.
ij De ordine mittendi in possessionem tedialeꝫ in contumaciā Rei.
iij De quibus causis summarie cognoscatur.
iiij De forma ⁊ modo procedendi in causis summarijs.
v Que debita sint condemnata ⁊ qualiter ⁊ quomodo eorum occasione ꝓcedi debeat ⁊ de banno dando.
vj De executione instrumēti: ⁊ scriptura manu debitoris facta ⁊ subscripta.
vij De sacramentis fiendis: ⁊ de effectu ipsorum.
viij Qō facto sacrimēto alicuius rei nō possit fieri alienatio.
viiij De quibus ambasiatis fieri debeat impositio.
x De citationibus fiendis de ciuibus: ⁊ districtualibus ciuitatis papie.
xj De citationibus fiendis de forensibus.
xij De parochia seu contrata domus ponenda in relatione.
xiij Qō in qualibet dillatione dies termini minime computetur.
xiiij De iuramento dando a parte parti.
xv De qua licentia capiendi: pignorādi: vel derobandi aliquē alicui: ꝑ aliquem iusdicentem data fieri potest executio: ⁊ aliter facta anullet: ⁊ de officio iusdicentis in predictis. Et quāto tempore durent licentie.
xvj Qō potestas teneatur dare baruarios ad voluntatem creditoruꝫ in ciuitate papie ⁊ extra. ⁊ de eo qō habere debent ꝓ quolibet pignore: seu pro capto.
xvij Qō seruitores teneantur pignora accepta scribi facere.
xviij De fatigato indebite exonerando.
xviiij Qualiter debeat reddi ratio clericis ⁊ forensibus.
xx Qō nominans dñm in iudicio nō eximatur de iudicio nisi in casu: ⁊ quid debeat facere conuentus nominans ⁊ nominatus.
xxj Qō defensor in rei vendicatione teneatur satisdare: ⁊ de quo ⁊ quid fienduꝫ sit si subcumbat.
xxij De loco ⁊ hora apponendis in instrumentis.
xxiij Qō pronūciatus maior, xviij, annis habeatur pro legittima persona quo ad contractus ⁊ iudicia:
xxiiij Qō sacramentū non defferat minoribus, xviij, ānis ⁊ de pena ꝯfacientium.
xxv De cōpromissis fiendis inter parentes affines ⁊ vicinos.
xxvj De sniijs arbitrijs ⁊ arbitramētj int̄ eōneas ꝑsonas latis executōi mādādis.
xxvij De ferijs ⁊ qualiter debeant obseruari.
xxviij De responsionibus fiendis positionibus.
xxviiij De capitulis admittendis.
xxx Qō mors ⁊ filiatio possint probari per vocem ⁊ famam.
xxxj De pena negantis positionem.
xxxij De pena negantis filium vel patrez: vel legitimitatem alicuius.
xxxiij Qō nullus iusdicēs p̄p̄ post eⁱ⁹ officiū cogat de qbusdā reddere testimoniū
xxxiiij De notarijs eligendis per delegatos arbitros vel arbitratores.
xxxv De cōmissione receptionis sacramentoꝝ: ⁊ dictorum testium.
xxxvj Ubi inceptum est iudicium ibi finiatur ⁊ finem accipere debeat.
xxxvij De satisdatione prestanda per non suppositos ⁊ mulieres maritatas.
xxxviij De eo qui se oposuerit alicui liti vt de iuribus suis cognoscatur.
xxxviiij Qualiter victus victori condemnari debeat in expensis.
xl Qō ducentes victualia non impediantur.
xlj Qō aliquis ꝓ debito priuato nō possit capi in domo in q̄ habitat cū familia.
xlij Qō credatur damnum passo vsqꝫ ad quātitatem soldoꝝ, xl, papie.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

xliij De fideiussoribus exonerandis.
xliiij Qd bona debitoruz sint obligata fideiussoribus.
xlv De officio dñi potestatis ⁊ baylia vicarij dñi potestatis papie.
xlvj Qd adhibeat fides instrumentis extractis de ꝓtocollis notarij defuncti.
xlvij De modo dandi curatorem bonis vacantibus ⁊ indefensis ⁊ personis non habilibus standi in iudicio.
xlviij De venditione ⁊ insolutūdatione fienda de bonis debitoris per vicariū potestatis papie vel iudices rationis dñi potestatis papie.
xlviiij De ꝗdēnationib⁹ expensarū virib⁹ preture: siue quas soluerit vnus ꝓ altero firmis tenendis ⁊ exequendis: exceptionibus iuris vel facti remotis.
l Qd creditores accipere possint insolutūdationez in fictis.
lj De assumptione sapientis in causis: ⁊ de officio ipsius sapientis: ⁊ de assumptione adiūctoꝝ: ⁊ de salarijs sapiētum assumptoꝝ: ⁊ de pena ꝗtrafacientiū.
lij De forma tenenda circa possessiones dandas.
liij De possessione plena vacuāda ⁊ disbrigāda ⁊ q̄lit̄ possessio ī re dari debeat.
liiij De possessione violenta vel clandestina restituenda ⁊ manutenenda.
lv Qd emptor in possessione inductus a venditore intelligat̄ possidere.
lvj Qd iudex nō det licentiam per preceptum alicui de intrando in possessionez non citato possessore.
lvij Qd ex possessione presumatur dominium.
lviij Qd creditor contra extraneū possessorē non possit vti pacto intrandi in possessionem sua auctoritate: nisi seruata forma ⁊ certo casu.
lviiij Qd venditor vel possessor non possit alienare rez de qua petita est venditio: vel processus inchoatus.
lx Quantum possit exigi pro melioramēto monete
lxj De eo cui bonis interdictū est: ⁊ de forma interdicti bonorum.
lxij Que donatio debeat insinuari: ⁊ que non.
lxiij Qd carceratis reddat̄ ius omni tēpore etiaz feriato: ⁊ per quem ⁊ qualiter.
lxiiij De cessione fienda super lapidem cōmunis papie.
lxv Qd quilibet alteri stipulari ⁊ acquirere possit.
lxvj Qd venditor preferatur creditori emptoris in precio rei vendite: ⁊ dominus ⁊ locator preferantur quibuscunqz creditoribus cōductoris vel emphiteote in re locata ⁊ afictata: ⁊ in eius fructibus.
lxvij De inuestituris recipiendis per illos qui succedunt in rebus emphiteoticis.
lxviij Qualiter fictuales vendere ⁊ alienare possint.
lxviiij De consignatione ꝓprietatum emphiteoticarum.
lxx Qd fictualis perpetuus possit repudiare: ⁊ quando cadat a iure suo.
lxxj Qd emens aliquā rem cum onere alicuius ficti soluendi soluat fictum.
lxxij A quo tempore citra nulla sit cursa prescriptio.
lxxiij De denunciationib⁹ ⁊ reqsitionib⁹ fiēdis p ēphiteotas dñis qñ vēdē volūt.
lxxiiij De oblatione ⁊ consignatione fictorum fiendis dominis
lxxv Quantum prestetur pro inuestitura.
lxxvj Qualiter nouus dñs possint ꝗstringere emphiteotā ad recipiēdū iuestituram.
lxxvij De pena vendentis vel alienantis rem sine cōmemoratione fictus ⁊ pensionis: Et q̄ emptor teneatur vt venditor tenebatur.
lxxviij Qualiter ⁊ quomodo retinēs massarios seu bubulcos alterius domini dare debentes possit conueniri.
lxxviiij Qd credat̄ dño ꝗtra massariū ⁊ bubulcum in eius sacramento vsqz ad certā quātitatem: ⁊ q̄ possint capi personaliter pro debito masaritij.

De malo

lxxx De malo laborerio massariorum ⁊ colonorum.
lxxxj De nō compellendo ciues ciuitatis papie ad aliqua onera ꝓ homines ⁊ coia locoꝝ ⁊ vniuersitatū districtus ⁊ terre papie: ⁊ de possessionib⁹ ⁊ rebus ipsoꝝ non imbrigandis per dicta cōmunia ⁊ vniuersitates.
lxxxij De his qui iuerūt ad alium locum ad habitandum cōueniendis.
lxxxiij De rusticis relinquentibus sedimina ⁊ de blauis diuidendis.
lxxxiiij Qd statuta cōmunium ⁊ locoꝝ contra cōmune papie non valeant.
lxxxv Qd traditio q̄rte vel tertie ⁊ spōsalicij ⁊ lex lōbarda decetero locū nō hēant.
lxxxvj Qd mulieres durante matrimonio non possint vti ꝗtra debitores mariti aliquo tertio pluri dotis nec augumento.
lxxxvij Qd post mortē mariti mulier non possit petere fructus bonoꝝ parafrenaliū.
lxxxviij Quid ⁊ q̄ztū cui ⁊ qb⁹ restō dotis ⁊ tertij pluris fieri ōbeat soluto mrimonio
lxxxviiij Que intelligantur esse relicta pro camera.
xc Qd maritus nō possit vxorē ipsius heredē istituere legare nec relinquere in aliqua vltima volūtate vxori sue nisi vsūfructum.
xcj Usqz quo ⁊ qualiter vxor debeat alimentari de bonis viri sui.
xcij De patre qui prestiterit auctoritatem filio nubenti.
xciij De successionibus ab intestato.
xciiij Inquantū ⁊ qualiter mater ⁊ auia succedant sine testamento.
xcv Qd mulieres maritate nō veniant ad successionem cū fratribus nisi vt infra.
xcvj Qd ad successionē decedentis sine testō prius succedant consanguinei.
xcvij Qd verbū ab intestato etiā intelligat̄ in eo qui de iure non potest testari.
xcviij Qd femina maritata possit facere testamentū sine voluntate mariti: Sed nō alienare inter viuos sine eius voluntate.
xcviiij Qd carcerati pro debito publico nō possint impediri.
c De emācipationibus fiendis.
cj De his qui se dedicauerint.
cij De venditione non reuocanda.
ciij De roba seu mobilia mulieris restituenda.
ciiij Que res non possint saxiri vel derobari.
cv De bestijs aratorijs ⁊ vtensilibus ad laborandum terras: non derobandis.
cvj De libris cartis ⁊ scripturis non robandis.
cvij Qd vestes muliebres ⁊ certa alia non robentur.
cviij Qd cuppi torcularia lignamina affixa ⁊ piole nō robentur.
cviiij Qd apta ad vsuz molendini nec vtensilia ad vsuz macinandi nō impediant̄.
cx De pena baruarioꝝ ⁊ seruitorū facientium ꝗtra formā statutoꝝ predictoꝝ.
cxj Qd dñs possit non obstātibus suprascriptis statutis pignorare massarios.
cxij Qd nemo possit defendē bona sibi obligata nisi ꝓ q̄ztitate sui ōbiti vi ⁊ iusti.
cxiij Qd ꝓpter absentiam .x. annoruz mariti: vxor possit recuperare dotem suam ac si maritum probasset vergisse ad inopiam.
cxiiij Quomodo carcerati se obligare possint.
cxv De animali morboso.
cxvj Qd quilibet contumax possit appellare.
cxvij Qd prestetur fides ⁊ adhibeat̄ instrumēto scripto per quēcūqz notarium: ⁊ subscripto per illum qui rogauit.
cxviij Qd fides adhibeat̄ relatōi fuitoris p̄p̄ de q̄ relatiōe appeat instr̄m publicū.
cxviiij De modo ⁊ forma obligādi filiū familias, minorē, ⁊ in ptāte alteri⁹ ꝗstitutū.
cxx De causis cōmunis papie.
cxxj De lucris matrimonialibus: ⁊ de secundis nuptijs.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Rubrice.

cxxij De consulibus ad actus voluntarios elligendos.
cxxiij In quo casu per maritum possit legari vxori.
cxxiiij De aliquo ope cõis papie ad faciendũ nõ incantãdo p aliquẽ ex officialib⁹.
cxxv De vno libro fiendo occasione incantuum cõmunis papie.
cxxvj Qd sententie lecte per notarium valeant.
cxxvij Qd cõitas cogi possit ad archam faciendam.
cxxviij De his qui non possunt esse parochiani.
cxxix Qd ciues debeant venire ad habitandũ in ciuitate papie.
cxxx De modo tenendo in causis cõmunis papie.
cxxxj Qd pacta creditorũ quouis mõ seu licẽtie aut facultates vendendi vel alienandi aliqualiter que aut quas creditores habent vel habebunt in ⁊ sup aliquibus bonis ĩmobilibus decetero locum non habeant.
cxxxij Quomodo ⁊ qualiter debeant compartiri onera cõis papie tam p ciues habitantes in ciuitate quã per habitantes foris ipsam ciuitatem.
cxxxiij De modo conducendi aquas ⁊ faciendi conductus.
cxxxiiij Qd inuentarium ⁊ beneficium inuentarij de cetero locum non habeat.
cxxxv. De cessione iurium ⁊ donationib⁹ nõ fiendis nisi seruata certa forma.
cxxxvj Qd qs nõ itelligat hẽs ĩtrãdo domũ dfuncti ⁊ hitãdo ĩ ipsa vsq ad septĩas
cxxxvij Qd verba summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij intelligant ꝓm clementinaz. Sepe. extra de verborum significatione.
cxxxviij Qd nullus officialis cõis papie qui fuerit in officio ĩ ciuitate papie possit eẽ vel exercere aliqd officiũ in ciuitate papie ĩfra tres ãnos finito dicto officio.
nem fieri hoc iurauerit. Quo casu seruitor retenus ⁊ sine scriptis sequestra
tionez sine alia demonstratione ⁊ ostensione sibi fienda de ipsis rebus facere
possit penes illam personam: ⁊ ille retinere debeat ⁊ teneatur: ⁊ vltra penes
se illas habere: ⁊ quot q̃ztas ⁊ quas ⁊ cuius valoris fuerit ꝓfiteri ⁊ expримẽ
teneat seruitori recipiẽti noĩe ⁊ a pte eius: ad cui⁹ petitõez dicta sequestratio
facta fuerit: si hoc petierit idẽ seruitor. Et q̃ ex ⁊ de tali ꝓfessione ⁊ huiusmodi
expssione stet ⁊ credat q̃ facta fuerit in ꝓiudiciũ illoꝝ penes quos illa seque/
stratio

stratio facta fuerit relationi seruitoris. Et ex ipsa ipsius relatione seruitoris
ius acquirat illi ad cuius petitionẽ facta fuerit sequestratio p̃dicta. Et quaz
confessionẽ si nõ fecerint dicto seruitori illi penes quos dicta sequestratio fue
rit facta: tunc teneant ei ad cuius petitionẽ dicta sequestratio fuerit facta: ad
estimationẽ rerum de quibus ipsa sequestratio facta fuerit. Si ⁊ inquantum
tempore ipsius sequestratõis habuisse penes se postmodũ appuerit. Et q̃lli/
bet cõe collegium vel vniuersitas alicuius burgi vel loci: seu officialis ipsius
cõis vel vniuersitatꝭ burgi vel loci penes q̃ vel quem seu quã vel quos dicta
sequestratio seu saximentũ factuz fuerit: ipsam sequestrationẽ vel saximẽtum
acceptare vel adimplere teneat. et fructus ⁊ redditus colligẽdo: vindimian/
do: custodiẽdo: ⁊ acõdicionãdo: ⁊ saluando: dũmodo ipi fructus ⁊ redditus
sint in territorio dicti loci vel burgi. Et fiquidẽ res de quibus saximentũ po/
stulatur fieri non sint penes aliquã priuatã personã: siue in territorio loci vel
burgi seu vniuersitatis qui seu que cõe sit habens receptatorẽ: tunc iusdicẽs
siue magistratus ciuitatis papie a quo saximentũ predictũ postulabit tenea/
tur ⁊ debeat mittere de baruarijs ⁊ seruitoribus cõis papie, in dispositione
iusdicentis. Qui baruarij ⁊ seruitores ipsuz saximentũ acceptare ⁊ adimple/
re teneant. Et dicta sequestratiõe sic facta. ¶ Et elapsis octo diebus: citetur
ille in cuius preiudiciũ factuz fuerit: vt infra octo dies a die ipsius citationis
numerãdos cõpareat corã dicto iusdicẽte qui dictã sequestratõez fieri iussit.
Si ipsi sequestrationi ⁊ saximento ꝓtradicere velit. Et si quidez aliquis cõpa
ruerit ꝓtradicens vel ius in rebus sequestratis se habere pretendens, de iuri
bus partium cognoscat ꝓcedat diffiniat ⁊ exequat sũmarie ⁊ de plano sine
strepitu ⁊ figura iudicij: infra tẽpus statutũ ad sumariaꝝ causaꝝ decisionez,
⁊ sub penis ibidez ꝓtentis. Si autem nemo cõparuerit ꝓtradicens: tunc ela/
psis dictis duobus terminis: creditore docente de iure suo, res sequestratas
prius estimatas per iusdicentẽ de consilio duoꝝ bonoꝝ viroꝝ per ipsuz iusdi/
centem ellectoꝝ: prestito p eum sacramento de ipsis legaliter estimandis dari
⁊ tradi faciat ipsi creditori iusdicens per illos penes quos dicta sequestratio
facta fuerit per modum p̃cepti: ⁊ quibuscũqz iuris remedijs. Que res sic cre/
ditori date ⁊ traddite cedant ⁊ transeant ipsius creditoris dñio in solutuz ⁊
pro solutiõe tante quãtitatis de debito suo q̃z fuerit ipsaruz reruz estimatio
sic vt p̃mittitur facta. Si vero alia causa q̃z ꝓ debito sequestratio facta fuis/
set: ⁊ nemo cõparuisset: tunc iudex illi qui dictaz sequestratõez facere ipetra/
uerit de iure suo docẽti dari ⁊ traddi faciat: vel aliter ei super hoc iustitiam
faciat debitã. Sane si saximẽtũ factũ fuerit penes ꝓsules vel vicarios vel re/
ctores, alicuius terre territorij districtus papie, vel in ipsa terra eorũ nomine
⁊ noĩe cõis eoꝝ, q̃ ipsi cõi factũ intelligat. Et eodẽ mõ intelligant cetera pre
cepta ꝓcessus ⁊ sentẽtie qui ⁊ que fierent occasione ipsius saximẽti: ⁊ teneat
dictum cõmune ad obseruationẽ ipsius saximẽti ꝓcessuum ⁊ preceptorum ⁊
sententiaruz: ⁊ ad consignandum in presentia iusdicentis res saxitas vel ea/
rum estimationem. Et si non obseruauerint teneantur ad penaz ⁊ ad penas
quas incurret priuata persona inobediens. Que pene factis p̃dictis ⁊ res sa
xite vel earũ estimatio ab ipso cõi ⁊ qualibet singulari psona dicti cõis exigã/
tur. Capiendo pignorando ⁊ detinendo: si dicti officiales dictis saximento ⁊
precepto non paruerint. Reseruato tamẽ dicto communi ob hoc molestato
ꝓtra dictos officiales ⁊ eorũz bona regressu in omni dãno q̃ passuz fuerit pp
eoꝝ officialiũ negligentiã. Teneat tñ ille ad cui⁹ petitionẽ dictũ saximẽtũ fcm
fuerit habita solutione de p̃dictis vel parte ipsoꝝ: illi a quo dictaz solutionez

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

habuerit cedere iura sua in tanta quãtitate:quãtaz receperit ꝓtra suum de/
bitorem ⁊ eius bona. Et aliqua sequestratio que fiat non relaxetur ob ali/
quam satisdationē que fiat.Et si forte de eisdem rebus ꝑ diuersos magistra
tus sequestrationes fierent ad petitionē diuersaꝝ personarũ penes eosdem:
tunc illi penes quos ꝓima sequestratio facta fuisset aliaz vel alias que post
fierent notificare teneanꝫ ⁊ debeãt illi ad cuius petitionē ꝓima sequestratio
facta fuerat expensis reruz saxitarũ.sub pena restitutionis damnozum ⁊ in/
teresse que pateretur ipse ad cuius petitõem ꝓima sequestratio facta fuerit:
ex eo quia ignozauerit alias sequestrationes postea factas fuisse:si res saxite
auffererẽtur ab ipo penes quē saximentũ factũ fuerit:ꝑpter sequutas seque
strationes.Que pena cedat ⁊ soluaꝫ ipsi damnũ passo.Et facta vel nõ facta
notificatione predicta per illum ad cuius petitionē ꝓima sequestratio facta
fuerit:ipsa notificata iusdicẽti vel iusdicẽtibus qui alias sequestrationes po/
stea fieri fecissent:de ipsis sequestratõnibus postea factis idem iusdicens seu
iusdicentes non se amplius intromittant. Sed ipsis postea factis sequestra/
tionibus de iuribus omniũ partiũ cognitio deuoluaꝫ ad ꝓimuz iusdicentem:
qui iusdicens inter ipsas partes cognoscat diffiniat ⁊ exequatur ꝓout iusti/
tia suadebit.Que saximenta fiant custodianꝫ ⁊ exequanꝫ ⁊ ꝓsignenꝫ expẽsis
rerum saxitarũ taxatione per iusdicentē facta de cuius impositione facta fue
rint dicta saximenta.Quas expensas postmodũ pars que saximentũ calum/
niose impetrauerit illi de cuius bonis factũ fuerit restituere teneaꝫ summarie
⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij.

¶ Qõ facto saximento alicuius rei non possit fieri alienatio ℞ica.

viij **Item** Statuimus ꝙ facto saximento de aliqua re vel iure ad petitõez
alicuius:ꝙ post factũ saximentũ nihil possit fieri õ re vel iuribus
saxitis:scilicet alienatio vel aliqd aliud in ꝑiudiciũ illius ad cuius petitionez
fuerit res saxita vel ius saxitũ:nisi ꝓius res vel ius saxita fuerint desaxita.

¶ De quibus ambasiatis fieri debeat impositio. ℞ica.

viiij **Item** Statuimus ꝙ in saximentis fiendis:⁊ in ꝓceptis fiendis decẽ
dierum vtiliuz: ⁊ de mittendo aliquem in possessionez in rebus ⁊
de rebus ĩmobilibus: ⁊ de dando curatozẽ bonis vacantibus ⁊ nõ defensis:
⁊ de citando aliquem ad respõdendũ positionibus.⁊ ad sententiã audiendã
fiat impositio seruitozi.⁊ in scriptis poztetur dicta ambasiata citãdis:vel ci/
tando ad locum vbi quis ꝓpter absentiam veniat citandus ꝑm fozmam
statutozũ cõis papie.Et nõ fiat impositio nec relatio illa hoza ad quã citatur
sed de mane:ꝑ vesperis:vel de vesperis ꝑ mane:seu de vno mane ad aliud
mane:vel de vno vespere ad aliud vesper.alioquin dicta ambasiata vel pre
ceptum non valeat nec teneat ipso iure.⁊ In alijs vero casibus q̃z in casibus
suꝑascriptis credatur seruitozi tam de cõmissione sibi facta q̃z de citatõe fcã
per eum.dũmodo ipsa citatio fiat ⁊ dimittaꝫ in scriptis citato seu requisito.
si causa ꝑpter quam citatur excedat summã libraꝝ.x.papie. ⁊ aliter non va/
leat.⁊ Abinde vero infra possit fieri in scriptis ⁊ sine scriptis. Et ꝙ in omni
actu exequutozio qui petaꝫ fieri coramã quocũqz iudice vel magistratu ciuitatis
papie.ille iudex vel magistratus qui dictũ actum fieri iussit teneatur subscri/
bere in fine dicti actus nomen,ꝑpriuz ipsius iudicis officialis vel magꝫatus.
⁊ aliter

⁊ aliter facta non valeãt ipso iure.

¶ De citatiõibus fiendis de ciuibus ⁊ districtualibus papie. ℞ica.

x **Item** Statuimus ꝙ citatiões fieri possint ⁊ debeant in ciuibus ꝑsona
liter vel ad domũ habitatiõis de ciuitate seu de cõmitatu papie
⁊ vbilibet ifra cõfinia ciuitatis ⁊ districtus papie.Et si habitationē certã nõ
hãt:citatiões fieri possint ⁊ debeãt in loco vbi habitare cõsueuit.Et si cõtin/
gat aliquez ciuitatis ⁊ districtus papie vel cõmitatus se absentare a ciuitate
papie ⁊ districtu:vel habitare sed hitare in tali loco in quo duo seruitozes iu
rauerint coramã iusdicẽte ꝙ non auderẽt ire absqz periculo ꝑsone sufficiat cita/
tionē fieri in curia cõis papie:vel ad arẽgeriã dicti cõis publice ⁊ alta voce:
⁊ ẽt ad domũ in qua cõsueuit habitare citãdus:⁊ ẽt in publica platea cõtra/
te dicte domus in casu dicte absentie:⁊ sic facta valeat cũ effectu:⁊ cõtra cita
tum ꝓcedi possit pinde ac si eẽt legitime citatus.idem seruet in denũciatiõib⁹
oblationibus ⁊ similibus actibus quibuscũqz fiendis.

citatio ubi fieri deat

¶ De citationibus fiendis fozensibus. ℞ica.

xj **Item** Statuimus ꝙ si cõtingat aliquē fozẽsem eẽ obligatũ alicui habi
tatozi ciuitatis vel territozij papie rõne contractus vel quasi ini/
ti in ciuitate vel territozio papie:vel ẽt cõtingeret aliquē fozensem possidere
vel tenere aliquã rẽ ĩmobilẽ in ciuitate vel districtu papie ꝑ quibus obliga/
tionibus vel possessiõibus posset cõueniri in ciuitate papie si ibi repireꝫ:⁊ di/
ctus fozensis non repiaꝫ ibi ꝙ nihilominus possit cõueniri rõnibus ãtedictis
Fiat tñ notificatio ⁊ citatio hoc mõ:vz ꝙ ꝑ ptãtem vel iusdicentem papie ad
instantiaz actozis scribaꝫ littera potestati vel officiali illius ciuitatis vel loci
vbi habitat cõueniendus cũ libello vel petitione introclusa: in qua littera cõ
tineatur quomodo notificatur potestati vel rectozi vel officiali ꝑdicto: sicut
talis ꝑsona cõquerĩ de tali ꝑsona coramã eo:⁊ pozexit petitionē ꝑnitibus intro
clusam:⁊ ꝙ placeat ptãti vel rectozi vel officiali ꝑdicto notificare ꝑdicta di/
cto tali cõuento:⁊ ipm citare vel citari facere:vt compareat coraz dicto ptãte
vel iudice ciuitatis papie infra tꝑs octo dierũ ad se ꝑnitandũ a tpe ꝑsentatio
nis litterarũ:de qua ꝑsentatione steẽ sacramẽto nuncij qui pozrauerit dictas
litteras:alias ꝓcedeẽ ꝓtra eũ eius absentia non obstante.Et siquidẽ ꝓparue
rit infra tꝑs ꝑdictũ elligat locum vbi veniat amodo citandus in ciuitate pa/
pie:⁊ ꝓcedaꝫ vlterius in dicta cã ꝑm fozmã iuris ⁊ statutozũ ciuitatis papie.
Si vero nõ cõparuerit vel cõparuerit ⁊ nõ ellegerit locũ:contra euz procedi
possit tãquam cõtra cõtumacẽ. Et vlterius fieri possit oĩs citatio monitio ⁊
ꝓceptum vsqz ad sniam diffinitiuã inclusiue super lapidẽ altiozem curie cõis
papie vel ad arengeriã ipso amplius aliter non citato. Idem intelligatur de
denũciationibus oblationibus ⁊ alijs similibus actibus fiendis.

citatio quomodo potest fieri forensi. —

De hac citatione hec notum in cap. romana & constitutorum. de foro competent. lib.° 6.° pr. auth.ª si vero. C. de adult. nutrici seq. l. cũ quidã pupilo. ff. de iurisd. iudic. ad appellant. n. tu. diuisione

¶ De parochia seu cõtrata domus ponẽda in relatiõe. ℞ica.

xij **In** Omni relatione seruitozis que facta fuerit in causa ciuili vel crimina
li contineri debeat nomen parochie vel cõtrate si fuerit in ciuitate vel
burgis adherentibus ciuitati.⁊ si alibi nomen terre in qua ipsa citatio facta
fuerit:⁊ aliter ipsa citatio seu relatio non valeat nec teneat.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Qd̃ in qualibet dilatione dies termini minime computetur. Rica.

xiij **Item** Statuimus q̃ in qualibet dilatione siue fuerit data per iudicez: siue aliter dies termini minime cõputeť: ⁊ si dies termini incide/rit in die feriato sequẽs dies ꝓ illo cõputetur: ⁊ si cõtigerit terminũ ꝓrogari terminus assignatus in ꝓrogatione tũc demũ incipiat currere finito ꝓrio ter mino: nisi aliquo statuto in aliquo ꝑdictoꝝ casuum ꝗriũ aliter caueatur.

¶ De iuramento dando a parte parti. Rica.

xiiij **Statuitur** Qd̃ in qualibet cã ciuili ĩ qua a pte pti iusiurãdũ defer/tur siue ante siue post libellũ teneať ps ipa cui defertur sacrametũ iurare ad terminũ p iudice statuẽdũ ad iurãdũ; q̃ terminus nõ sit minor tribus diebus: vel iusiurãdũ deferre: oũ dictuz sacr̃m deferať in facto ꝓpꝛio eius cui deferť: in oibus ⁊ p oĩa: tã sup forma sacrameti: q̃z sup quibus/libet alijs dependẽtibus vel facientibus ad negociũ de quo queriť: ⁊ in sacro fit mentio: quo ad excludẽdũ vel includendũ intentionẽ deferẽtis sacrametũ Et si ille cui delatũ fuerit sacr̃z: ipz nõ ꝑstiterit in dicto termio: ipo iure habea tur ꝓ relato ipsi deferenti: quo casu sufficiat iurare de credulitate p eum cui babeť ꝓ relato. Qui deferẽs sacr̃m ⁊ cui fuerit relatum vel ꝓ relato habitũ vt supra iurare possit super ea forma infra terminũ similẽ quo prius iurare q̃z cõtra se. ⁊ si nõ iurauerit vt. s̃. babeať illud sacrametũ ꝓ nõ delato ⁊ ꝓ nõ relato. nec possit post hec dari forma sacrameti sup his de quibus alias fue/rit delatũ sacrametũ. ⁊ hoc statutũ serueť ⁊ seruari debeat p quẽlibet iusdicẽ tem precise: nõ obstante statuto de sapientibus dandis: nec aliqua alia exce/ptione vel oppositione.

¶ De qua licẽtia capiendi pignorãdi vel derobãdi alicui p aliquem iusdicẽ tem data põt fieri exequutio: ⁊ aliter facta ãnulletur: ⁊ de officio iusdicẽtis ĩ ꝑdictis: ⁊ quanto tempore durent licentie.

xv **Item** Statuimus q̃ de cetero quilibet qui habuerit ab aliquo iusdicẽ/te aliquã licẽtiam capiẽdi derobãdi vel pignorandi aliquẽ ante quã de ipsa licẽtia exequutionẽ faciat: vel incipiat vel fieri faciat: vel ipsa li/centia vtatur. teneať ⁊ debeat ipsam licẽtiam scribi facere in actis ipsius ius/dicentis q̃ eã dederit: q̃z licẽtiaz dictus notarius dicti iusdicẽtis antequã di/ctam licentiam det scribere teneatur in libro actorũ dicti iusdicentis sub pena solidorum viginti. ꝑꝑ. Et si non taliter scripta impetrãs vsus fuerit ipsa vel exequutus fuerit: in aliquo non valeat nec teneat ipso iure quicquid ex ea fa/ctum fuerit. Et dictus iusdicẽs teneatur ad postulationẽ capti pignorati vel derobati quicquid contra factum fuerit ex predictis cassari ⁊ in pristinum sta tum reduci facere: sine expensis capti pignorati vel derobati: perinde ac si di cta licentia nũquam data vel facta fuisset: nec in aliquo ex predictis ad peti/tionem illius qui habuerit licentiam habeat locum statutum aliquod in con/trarium faciens: nec etiam possit appellare vel annullare non obstante ali/quo statuto vel iure in contrarium faciente generali vel speciali. Terminus autem cuiuslibet licentie date per iusdicentem de capiendo pignorando vel derobando aliquem debitorem condemnatum vel pro condemnato habituz

duret

duret ⁊ durare debeat arbitrio iusdicentis: hoc addito q̃ licentia pignoran/di capiẽdi vel derobãdi debeat tradi seruitori: ⁊ non baruariꝭ. Et q̃ in ea li centia ponatur nomen seruitoris: ⁊ q̃ illa licentia non vti possit nisi semel: nec possit tradi alicui seruitori vel baruario sub pena notario contrafacienti soli dorum quadraginta. ꝑꝑ. ⁊ seruitori contrafaciẽti librarum quinqz. ꝑꝑ. ⁊ stan di ad catenam per vnam diem: quarum penarum medietas applicetur cõmu ni. ꝑꝑ. ⁊ alia medietas accusatori. Et potestas papie eiusqz vicarij ⁊ iudices teneantur ⁊ debeãt exequi predicta postquaz fuerit eis denunciatum sub pe na periurij damni ⁊ interesse. Et habeat creditor facultatem faciendi refice/re licentiã sepe ⁊ sepius quotiens opus fuerit.

¶ Quod potestas teneať dare baruarios ad volũtatem creditoꝝ in ciuita/te papie ⁊ extra: ⁊ de eo qd̃ habere debent ꝓ pignorato vel capto. Rica.

xvj **Item** Statuimus q̃ dominus potestas papie ⁊ quilibet suorũ iudicũ teneanť ⁊ debeãt dare de suis baruariꝭ ⁊ seruitoribus cõis. ꝑꝑ. ad volũtatem creditorum omnium: ad exigendum ⁊ pro exigendo sibi in ciui tate papie ⁊ eius districtu debita quecunqz cõdemnata realiter ⁊ personali/ter cum effectu: ⁊ ad dandum possessionem plenam: de quibus per formam statutorum: vel pacto cõtrahentium possessio plena danda est: non obstanti/bus aliquibus statutis cõmunis papie generalibus vel specialibus in cõtra/rium facientibus. Et ipsi baruarij vel seruitores quando ibit vel ibunt ad pi gnorandum in ciuitate vel burgis papie ad petitionem alicuius: habeant ⁊ habere debeant imperiales. xij. ꝑꝑ. pro ipso pignore: ⁊ si debitores ceperit in ciuitate vel burgis: habeant solidos tres. ꝑꝑ. pro quolibet ipsorum. Et si extra ciuitatem vel burgos pignorauerint debitorem: habeant ⁊ habere de/beant pro quolibet pignore solidos duodecim papieñ. ꝓputata licentia quot/quot fuerint ipsi seruitores vel baruarij tali modo ⁊ tenore: videlz q̃ si in ali/qua terra vel villa contingat fieri plura pignora in vna andata: siquidem pi/gnoratum fuerit cõmune dicte terre: siue plures singulares persone: pro di/cto cõmuni non recipiant solutionem nisi pro vno pignore: videlz ad rationẽ solidorum duodecim papieñ. pro pignore. Si vero pignorauerint singulares personas: pro debito singularuz personarum. siquidem fuerit vsqz ad nume/rum quattuor pignorum: habeant solutionẽ debitam ad solidorum duodecim ꝑꝑ. rationem pro pignore. Abinde vero supra quotquot fuerint: habeant vl tra dicta pignora solidos quattuor papieñ. pro quolibet pignore. Et ne serui/tores possint in hoc fraudez cõmittere ⁊ graffignare plus vni q̃z alteri. Sta/tuimus q̃ dicti debitores eiusdez terre vel loci pignorati: debeant inter se so/lutionem dictorum pignorum compartire ad rationem pignoris pro pigno/re. ¶ Et q̃ quilibet qui iuerit ad pignorandũ aliquam singularẽ personã cõ/mune vel vniuersitatez: siquidem fit licentia continens vnum pignus fieri de/bere a persona singulari collegio vel vniuersitate: teneatur dictam licentiam dimittere vni ex ipsis pignoratis: ⁊ sufficiat. Et hoc ad penam librarum de/cem papieñ. qualibet vice: ⁊ credatur sacramento pignorati: vtruz ipsam li/centiam dimisserit an ne. Et q̃ idem seruitor non possit redire ad dictum lo/cum ad pignorandum vsqz ad octo dies proxime sequentes post recessum suũ sub dicta pena. Et si ceperint debitores extra ciuitatez ⁊ burgos: habeant ⁊ habere debeant pro quolibet ipsorum solidos octo papieñ. siue prope siue lõ ge extra ciuitatem: ⁊ habeant ⁊ habere debeant pro saximentis fiendis de

HAYKOFF DIEDRICH OHY imeni DIEDRICHNIKOVA

rebus debitorum pro custodia ipsarum rerum ⁊ fructuuz ⁊ redditiuum earū/
dem:⁊ pro stando in possessione ipsorum pro quolibet die solidos decem.pp.
Pro consignatione vero cuiuslibet capti facta ad carceres cōmunis: habe/
ant ⁊ habere debeant pro quolibet eorū sic cōsignato a custode carcerū dicto
nomine in summa solidos quattuor papienī.

¶ Quod seruitores teneantur pignora accepta scribi facere. Rica.

rvij **Item** Statuimus ꝙ quilibet seruitor q̄ de cetero iuerit ad pignorādū
⁊ derobandū aliquem ad petitionez vel de mandato alicuius te/
neatur ⁊ debeat scribi facere per notarium illius officij: ex parte cuius offi/
cialis facta fuerit pignoratio in libro ⁊ actis dicti officialis omnes res ⁊ pi/
gnora acceptas ⁊ derobatas.⁊ accepta ⁊ derobata:⁊ qualitatem: numeruz:
⁊ quātitatez dictoꝝ pignorum:⁊ locum:⁊ personam:vbi ⁊ penes quez pigno
ra predicta fuerint. Et hoc ea die vel sequenti si pignoratio vel derobatio fa
cta fuerit in ciuitate papie vel suburbijs: ⁊ infra tertiam diem si pignoratio
seu derobatio facta fuerit in districtu a die qua seruitor applicuerit ad ciuita
tem papie post pignorationem vel derobationem facta sub pena ⁊ banno li
braꝝ trium papienī. pro quolibet pignore:⁊ qualibet vice rei robate non de/
scripte cōmuni papie soluēdaꝝ per seruitorez cōmunis papie:q̄ predicta scri
bi facere fuerit negligens:applicādaꝝ cōmuni papie pro medietate:⁊ ꝓ alia
medietate derobato seu pignorato. Teneatur etiam dictus seruitor pignora
derobata in ciuitate papie portare ad cameram cōmunis papie: ⁊ ibi depo/
nere ⁊ scribi facere. Si vero fuerint pignorata extra ciuitatez papie ponātur
per ipsum seruitorem ipsa pignora penes cōsules seu cōsulem illius terre: ⁊
ipse consul teneatur soluere ipsi seruitori ⁊ baruarijs de laboze suo:dūmodo
consignauerint ipsis consulibus bonum pignus. Et ipse consul non cogatur
aliqualiter ad restitutionem dictorū pignorum:nisi prius sibi facta fuerit in/
tegra solutio. Et possit ipse consul ipsa pignora impignorare pro dicta solu/
tione fienda baruarijs ⁊ seruitori:nec possit imputari. ⁊ qui mutuauerit sup
pignoribus ꝙ fit vsurarius occasione predicta.

¶ De fatigato indebite exonerando. Rica.

rviij **Item** Statuimus ꝙ siquis papiensis vel terre papie citari fecerit ali
quem habitantem in ciuitate vel districtu papie. ⁊ citatus coraz
iusdicente coram quo citatus fuerit comparuerit per se vel legitimam perso/
nam:⁊ in dicta causa citari faciens non ꝓcesserit instanter:vt videbitur ipsi
iusdicenti ita ꝙ velit dictum citatum fatigare laboribus ⁊ expensis: vel ipm
suis remouere negotijs:debeat iusdicens predictus restaurari facere expen/
sas taliter fatigato cum damno ⁊ interesse ab ipso conquerente: facta prius
taxatione per iusdicentem de predictis:⁊ insuper eum mulctare ad suum ar/
bitrium pro qualitate malitie ⁊ persone.

¶ Qualiter debet reddi ratio clericis forensibus. Rica.

rviiij **Item** Statuimus ꝙ ꝑm formam statutorum cōmunis papie ius debe/
at reddi clericis ⁊ locis religiosis cōquerentibus de laycis ciui/
tatis ⁊ districtus papie: Si ipsi clerici in eorum foro religioso: ⁊ expressim
dūs

dominus episcopus ⁊ eius vicarius in suo foro obseruauerit modum predi/
ctorum statutorum.⁊ eodem modo ius redditum fuerit laycis de clericis ⁊
religiosis conquerentibus coram iudicibus ipsorum clericorum ⁊ religioso/
rum. Alioquin beneficio dictorum statutorum nec alicuius ipsorum nō gau/
deant clerici ⁊ religiosi.

¶ Qd nominās dūm in iudicio non eximatur de iudicio nisi in casu: ⁊ quid
habeat facere cōuentus nominans:⁊ nominatus. Rica.

rx **Item** Statuimus ꝙ de cetero aliqua persona cōitas vel vniuersitas
possidens vel detinēs aliquaz rem:que cōueniatur occasione ip/
sius rei:⁊ nominauerit dominū laycum in iudicio:non eximatur de iudicio ni
si nominatus vel volens defendere susceperit in se iudiciū coram illo iusdicē
te coram quo iudicium agitatur. Et non prosit alicui dicere Ego sum para/
tus defendere coram iudice meo:sed procedatur contra detinentem:⁊ nomi/
nans ⁊ nominatus teneantur iurare ꝙ nominatio ⁊ susceptio non fit per ma
litiam:⁊ dicta nominatio fiat ante litem contestatam:vel habitam pro conte/
stata:⁊ aliter non valeat. Si vero nominauerit clericū non eximatur de iudi/
cio:nisi clericus idonee satisdederit:de iudicio sisti: ⁊ iudicato soluēdo. Et si
deiussor intelligatur obligatus principaliter ⁊ insolidum. ⁊ hoc nisi res esset
de patrimonio ecclesie.

¶ Quod defensor in reiuendicatione teneatur satisdare:⁊ de quo:⁊ quid si
endum si succumbat.

rxj **Item** Statuimus ꝙ si de cetero aliquis conueniatur reiuendicatione:
⁊ alius se offerat tāquam defensor teneatur satisdare in primo li
tis exordio de iudicato soluendo:⁊ de re petita restituenda. aut duplum esti/
mationis ipsius. Et si cōtingat talem defensorem in causa succūbere. cōdem
netur ad rem petitam restituendam:aut duplum estimationis rei petite:infra
tempus a iusdicente vel a iure statutum. Et tūc nihilominus petitor possit pe
tere ⁊ consequi rem a vero possessore cum expensis litis:ipso restituente sim/
plum estimationis recepte vero possessori.

¶ De loco ⁊ hora apponendis in instrumentis. Rica.

rxij **Item** Statuimus ꝙ de cetero in quolibet instrumento scribatur ⁊ scri
bi debeat certus locus ciuitatis:⁊ terre: ⁊ hora in qua ⁊ in quo
iussum fuerit dictum instrumentum.⁊ si aliter factum fuerit non valeat ipsum
instrumentum.

¶ Quod pronunciatus maior decem ⁊ octo annis habeatur ꝓ legittima p/
sona quo ad contractus ⁊ iudicia. Rica.

rxiij **Item** Statuimus ꝙ quecunqz persona que de cetero per aliquem ius/
dicentem ciuitatis papie pronunciata fuerit maior decez ⁊ octo
annis:ex aspectu corporis ipsius. Vel ex dicto ⁊ assertione:⁊ sacramento ip/
sius:⁊ duorum suorum attinentiuz seu affinium: defficientibus parentibus:
seu vicinorum defficientibus parentibus ⁊ affinibus:omnium masculorū bo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ne opinionis conditionis ⁊ fame: qui iurauerit se maiores triginta annis: ac iurantiũ ꝙ credũt dictã talem personam esse maiorem decem ⁊ octo annis: ⁊ esse prudentem diligentem solicitam ⁊ expertam pro administratione bonorum suorum. Sit ⁊ habeatur pro legittima persona ad cõtrahendũ: ⁊ distrahendum: ⁊ in iudicio existendum: ⁊ ad faciendum quecũq; facere ⁊ exercere posset: si esset maior vigintiquinq; annis. Et currat tempus petendi restitutõnem statim facta pronunciatione. Et si persona taliter pronunciata fuerit in cura: ꝙ eius cura ⁊ administratio eius curatoris sit ⁊ esse intelligat finita qualiscũq; sit ipsa cura: ⁊ dicta ꝓnũciatio fieri possit in iudicio siue extra: ⁊ in ipsa ꝓnunciatione fiat mentio de dicto sacramento: nomine: ⁊ pronomine personę pronunciati: ⁊ predictorũ duorum maiorũ. xxx. annis.

¶ Quod sacramentum non defferatur minoribus. xviij. annis: ⁊ de pena contrafacientis. Rica.

xxiiij **Item** Statuimus ꝙ aliqua persona nõ defferat sacramentũ alicui minori. xviij. ãnis in aliquo contractu vel distractu: ⁊ ꝙ aliquis notarius de aliquo sacraméto qõ prestet vel fieret per talem minorẽ in aliquo cõtractu vel distractu nõ cõficiat nec tradat instrumentũ. Et si cõtra factum fuerit puniatur quicũq; dederit dictũ sacramentu: vel qui iurare fecerit minorem predictũ vel predictã: ⁊ notarius q instrm̃ fecerit: ⁊ quilibet ipsorũ in libris. xxv. ꝑꝑ. ꝓ quolibet ipsorũ ⁊ qualibet vice: ⁊ sacramentũ taliter datũ ⁊ factum non valeat: ⁊ ꝙ quilibet q notificauerit vel notificare fecerit iudici ecclesiastico dictũ sacramẽtũ pro cõpellendo minorẽ predictum ad obseruationem sacraméti: puniat pro quolibet ⁊ qualibet vice in libris vigintiqnq; ꝑꝑ. ⁊ vltra teneat ipsi minori ad restõnem damni: qõ ꝓpterea dictus minor pateretur: ꝓ eo ꝙ molestaret per iudicẽ ecclesiasticũ vel eius mandato ad obseruationes sacraméti. Qõ statutũ locũ non habeat in sacraméto pacis que fieret de guerra capitali. Et ꝙ de cetero auctentica sacraméta puberum nõ habeat locum in ciuitate papie ⁊ eius districtu: ⁊ etiam quelibet alia iur̃ dispositio que idem vel simile disponeret.

¶ De cõpromissis fiendis inter parẽtes affines ⁊ vicinos. Rica.

xxv **Item** Statuimus ꝙ si ꝗ cetero fuerit seu versa fuerit aliqua causa lis questio vel cõtrouersia inter ascendẽtem vel descẽdentem: vel inter agnatos vel cognatos: infra quartũ graduꝫ computandũ de iure canonico inclusiue: vel affines affinitate ꝑnti vel preterita coniunctos infra secũdũ gradum: vel inter vicinos eiusdem parochie ciuitatis ⁊ burgorum. ꝑꝑ. Teneatur ⁊ debeat dominus potestas ⁊ quilibet iusdicens: postquam ab eo fuerit requisitum per partes vel per aliquam partiũ dũmodo fuerit requisitum infra decem dies a die litis inchoate seu mote ⁊ non aliter: que inchoata itẽ ligatur ꝑm formã precedentiũ statutorum: cogere eosdem realiter ⁊ personaliter ad cõpromittendũ ⁊ cõpromissum faciendum in amicũ seu amicos cões per partes elligẽdũ seu elligendos de iure: ⁊ de facto: ⁊ ꝗ amicabili compositione. Qui arbitri ⁊ arbitratores taliter assumpti teneantur ⁊ cogi debeant ꝓ dñꝫ ptãtẽ. ꝑꝑ. ⁊ quẽlibet iusdicentes assumere ⁊ acceptare ipsa cõpromissa. Et ꝙ ipsi arbitri ⁊ arbitratores teneant ⁊ debeant eorũ sententias: arbitria ⁊ arbitramenta ꝓtullisse inter predictas ꝑtes infra quadraginta dies vtiles a die

a die acceptationis facte in antea cõputandos. Et ab ipsorũ sententijs arbitrijs. ⁊ arbitramẽtis nõ possit appellari supplicari ãnulari: nec querelari: seu de nullitate opponi: vel peti reductio ad arbitriũ boni viri. Et hoc si causa ⁊ questio fuerit a libris. cc. papie infra. Si vero fuerit a dicta quãtitate supra: ꝙ tunc ab ipsis sentẽtijs arbitrijs ⁊ arbitramentis possit querelari ⁊ peti reductio ad arbitriũ boni viri semel tantũ: ⁊ ipe cause terminẽtur ⁊ decidantur infra tpa limitata in appellatiõibus causaꝝ summariaꝝ: ⁊ in oĩbus ⁊ p oĩa fiat ⁊ ꝓcedatur ꝓut in statntis super causis summarijs seriosius cõtineꝫ. Sed ꝙ ipse sentẽtie arbitria lauda ⁊ arbitramẽta vim obtineãt sniarũ iudicũ ordinariorum: ⁊ exequutiõi mandenꝫ oĩbus iuris remedijs ꝓcise: prout ad litteram ꝓnunciate ⁊ late fuerint: elapsis prius quindecim diebus: si terminus in ipsis sentẽtijs arbitris ⁊ arbitramẽtis appositus nõ fuerit. Qui termin⁹ qndecim dieꝝ currat a tpe scientie dictoꝝ arbitramentoꝝ: vel legittime denũciationis ipsorũ. Idẽ autẽ censeatur fiat ⁊ exequaꝫ de sententijs arbitrijs ⁊ arbitramentis latis ⁊ ꝓnunciatis inter aliquas ex suprascriptj psonis per aliquos arbitros arbitratores ⁊ amicabiles cõpositores ellectos ⁊ assumptos: seu qui elligerenꝫ de partium voluntate: etiã extra iudicium ⁊ non choactos. Quod statutum non vendicet sibi locũ in causis ⁊ litibus seu questiõibus iã sopitis ꝑ sententiã: que in rem iudicatam transiuisset.

¶ De sententijs: arbitrijs: ⁊ arbitramẽtis: ĩter extraneas personas latj executioni mandandis. Rica.

xxvj **Item** Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ postquaꝫ sniã lata fuerit: seu facta precepta: arbitria: ⁊ arbitramenta inter alias personas communia collegia ⁊ vniuersitates: q̃ꝫ descriptas ⁊ nominatas in proximo precedẽti statuto: per aliquem arbitrum ⁊ arbitratores ⁊ amicabilem compositores: seu arbitros arbitratores ⁊ amicabiles compositores: quilibet iusdicẽs postquam fuerit per aliquam partium requisitus: teneatur ⁊ debeat ipsam sentẽtiam: arbitria ⁊ arbitramenta: elapsis prius quindecim diebus a die ipsarũ sententiarum: arbitriorum ⁊ arbitramentorũ: ⁊ a scientia ipsorum exequutioni mandare omnibus iuris remedijs: nisi ipse sententie arbitria ⁊ arbitramẽta dicte fuerint nulle seu nulla iniqua: vel petita reduci ad arbitrium boni viri. Seu ab ipsis fuerit supplicatũ infra quinq; dies: a die scientie ipsarũ sententiarum arbitriorum ⁊ arbitramentorũ in antea numerandos. Quas nullitatem iniquitatem: seu reductionem quelibet partium semel tantum ꝓ qualibet ipsarum interponere possit. Et cause dictarum nullitatum ⁊ iniquitatũ seu reductionum cõmittantur ⁊ cõmitti debeant: ⁊ in ipsis cõmissionibus ꝓcedatur ⁊ fiat in omnibus ⁊ per omnia: prout proceditur ⁊ procedi debet in alijs cõmissionibus ⁊ causis appellationum ⁊ nullitatum: de quibus fit mentio in primo statuto de ordine cause ciuilis. Addẽtes tamen ꝙ tempus instãtie cõpromissorum aliquorũ non duret nec durare debeat vltra tẽpus ⁊ spatium quadraginta dierum vtilium.

¶ De ferijs ⁊ qualiter debeant obseruari. Rica.

xxvij **Item** Statuimus ꝙ ferie sint ⁊ esse debeant deinceps in hunc modum: ⁊ non aliter: videlicet ꝙ ferie sint ipso iure ⁊ facto per tres dies

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

proxime ante natiuitatem domini:ob reuerentiam dicte eius natiuitatis: ⁊ a festo natiuitatis inclusiue vsqꝫ ad festum octaue siue circũcisionis dñi:⁊ festũ pasce epiphanie:⁊ in die carnis priuij ⁊ sequenti ⁊ precedenti. Item sint ferie per octo dies ante festum resurrectionis ipso festo in numero computato: ⁊ durent continue vsqꝫ ad octauam festi ipsius resurrectõnis. Item sint ferie qualibet die festi beate virginis Marie:⁊ quolibet die dominico:⁊ ascensionis domini:penthecostes cum duobus diebus sequentibus: sancti Joannis baptiste:apostolorum Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorum apostolorum de numero duodeciꝫ. Sancti Georgij ⁊ sancti Antonij ⁊ sante Caterine. Sancti Marci euangeliste:sancti Laurentij:dedicatio sancti Michaelis: festum omniuꝫ sanctorum:videlicet die primo nouembris:sancti Martini:sancti Augustini sancti Ambrosij:sancti Hieronymi:sancti Gregorij doctoris ecclesie: sancti Siri:sancti Juuenti:sancti Theodori:sancti Epiphani episcoporum ⁊ defensorum ciuitatis papie:⁊ festum sanctissimi corporis domini nostri Jesu christi:ac festum inuentionis sancte Crucis: ⁊ sancti Sebastiani. Que ferie locum habeant ⁊ seruentur in omnibus causis: preterquam in malleficijs ⁊ in causis carceratorum. Utrum potuerint de iure capi ⁊ detineri:⁊ vtrum relaxari debeant. In quibus causis possit cognosci procedi diffiniri ⁊ exequi etiã dictis diebus feriatis ⁊ in honorem dei. ¶ Itẽ sint ferie in iudicijs ordinarijs:⁊ in quibus ordinarie proceditur per libellum:⁊ etiam extraordinarijs:siue summarijs excedentibus summam librarum centum papien̄.etiam infrascripte:videlꝫ occasione messium: a medio mense Junij vsqꝫ ad klendas Augusti inclusiue. Item sint ferie occasione vindemiarum: a decima die mensis septembris inclusiue vsqꝫ ad octauam diẽ sancti Michaelis inclusiue. i quacunqꝫ causa excedente summam librarum vigintiquinqꝫ papien̄.siue sit ordinaria:siue sit extraordinaria. Que ferie locum habeant ⁊ seruentur preterquam in malleficijs ⁊ causis carceratorum vt supra dictum est. Item sint ferie quando exercitus fieret per cõmune papie: ⁊ per totum tempus quo durauerit:⁊ postquã venerit per tres dies. Et hoc intelligatur de exercitu generali publice nunciato:⁊ non de cernidis vel caualcatis : nec cursis vel andatis aliquibus que fierent. Que ferie in cernidis caualcatis andatis vel cursis sint ⁊ esse debeant omnibus ⁊ singulis papie ⁊ terre papie qui personaliter iuerint ⁊ steterint in eisdem:pro tempore quo steterint in ipsis caualcata andata cernida vel cursa. Et suprascriptis diebus festis:⁊ temporibus ⁊ quolibet ipsorum quolibet anno: sint ferie facte ipso iure in omni causa ciuili:⁊ pecuniaria: in qua fuerit processum:seu procedatur ordinarie per libellum vt supra. Nec currat terminus tempore ipsarum feriarum in causa aliqua ciuili vel pecuniaria: in qua per libelli formã ordinarie procedatur. De qua causa in qua per libellum proceditur infrascriptis ferijs cognosci non possit vel vt infra. Item sint ferie in omnibus causis excedentibus summam librarum vigintiquinqꝫ papie per tres dies ante festum sancti Siri de mense madij ipso festo non computato:⁊ per tres dies post:⁊ ante festũ sancti Augustini de mense Augusti per tres dies ante ipso festo non computato:⁊ per tres dies post ipsum festum. Et die decima septima mensis nouembris: qua magnificus ⁊ excelsus dominus dominus Galeaz felicem suum fecit introitum ciuitatis Papie:⁊ per duos dies post:⁊ die festi carnis priuij cum die precedenti ⁊ sequenti. ¶ In omnibus autem alijs casibus in quibus non proceditur ordinarie per libellum vt supra : possit cognosci procedi ⁊ terminari

minari in suprascriptis temporibus ⁊ diebus feriatis:preterquam introductis in honorem dei. Et aliter non possint esse ferie nec dari quam vt superius sunt terminate ⁊ declarate exceptis ferijs repentinis. Et si date fuerint ipso iure ⁊ facto non valeant:nec pro ferijs habeantur modo aliquo. ¶ Item ꝙ decetero in aliqua quadragesima aliquis iusdicẽs ordinarius: delegatus: vel subdelegatus:cõmissarius:vel consiliarius:vel adiunctus: arbiter: arbitrator:⁊ amicabilis compositor ius nõ reddat nec reddere debeat ante horã none. Sed solũmodo post nonam ⁊ si secus factum fuerit non valeat nec teneat ipso iure. Saluo ⁊ excepto in maleficijs ⁊ predictis causis carceratorũ. Quelibꝫ tñ dies quadragesime nõ festiua de p̃dictis festis:ꝑ vna media die vtili ⁊ iuridica computetur in omnibus terminis ⁊ dillationibus.

¶ De respõsionibus fiendis positionibus. Rica.

xxviij **Item** Statuimus ꝙ in quacunqꝫ causa positiones possint fieri quandocunqꝫ vsqꝫ ad diffinitiuaꝫ sententiaꝫ:nisi per iusdicentem:vel aliter terminus peremptorius datus fuerit ad positiones fiendas:nõ obstante statuto aliquo in contrariuꝫ faciente. Et ꝙ quibuscunqꝫ positionibus quelibet persona contra quam facte fuerint teneatur respondere per sacramẽtũ calumnie credere:vel non credere:sine aliqua conditione: vel alternatione: vel adiectione:nec aliquo alio verbo adiuncto. Saluo tamẽ ꝙ si positio esꝫ multiplex ad instantiam aduerse partis teneatur ponens eaꝫ diuidere:anteqꝫ cogatur ei respondere ille contra quem ponitur. Saluum tamen sit persone contra quam facte fuerint ius impertinentium ⁊ nõ admittendaꝫ positionum:post responsionem predictam. Et saluo ꝙ quotiẽscũqꝫ posuerit aliquis contra aliquem se aliquid eidem prestitisse cõmodasse vel deposuisse:vel ipm talem contra quem ponitur:seu alium pro eo ⁊ eius nomine aliquid habuisse vel recepisse vel promisisse:vnde ⁊ ex quo ipse talis contra quem ponitur si confiteatur remaneat seu appareat obligatus ad aliquid dandũ reddendũ seu faciendũ:non teneatur ille talis contra quem ponitur respondere:nisi ponens dicat ⁊ ponat in ipsa positione scriptum ꝓtinuando se illud habere debere:seu illud sibi fieri debere qõ ponit. Et si persona contra quaꝫ facte sunt positiones:⁊ cui fuerint personaliter presentate ⁊ in scriptis dimisse:⁊ cui per iusdicentez siue seruitorem cõmunis papie ex parte iusdicentis iussum fuerit vel preceptum personaliter ꝙ ipsis positionibus respondeat:fuerit in contumacia respondendi positionibus predictis infra terminũ ei per iusdicentem predictũ vel per seruitorem cõmunis papie ex parte ipsius iusdicentis assignatum:⁊ scripta relatione seruitoris vel precepto in actis iusdicentis:iteruꝫ secunda vice precipiatur per ipsum seruitorem ex parte ipsius iusdicentis personaliter vel ad domum habitationis predicte persone contra quã facte fuerint dicte positiones:ꝙ ipsis positionibus respondeat infra terminum ei assignatum vt supra. Que secunda iussio ⁊ preceptuꝫ fiat ⁊ in scriptis dimittatur ipsi pſone ꝗ quã ipse positões facte fuerint pſonalr:vel ad domum habitationis ipsius. Et si iterum contumax fuerit in respõdendo ipsis positionibus elapso ipso secundo termino ⁊ scripta ipsa secunda iussione in actis:ipe iusdicens ad petitionẽ ⁊ instantiã partis petentis possit teneat ⁊ debeat predictas positiones pronunciare pro confessis:etiam parte absente ⁊ non citata. Et ipse positiones taliter ꝑnunciate ꝑ ꝓfessis pinde haberi debeant ac si per dictam personã contra quaꝫ pronunciate fuerint:forent parte presente

in iudicio legitime confessate. Et ꝙ in responsionibus fiendis super interro/ gationibus positionum ⁊ iuramentis non possit nec debeat interesse procu/ rator:nec aduocatus: nec aliquis alius pro ipso respondente. Saluo si esset mulier vel litterarum ignarus. Et possit ipse iudicens quãcunqꝫ personã cõ tra quam facte fuerint positiones vel interrogatiões cogere ⁊ compellere ad respondendum ipsis positionibus ⁊ interrogationibus omnibus ⁊ singulis iuris remedijs. Capiẽdo:mulctãdo:pignorando: ⁊ in carceribus mittendo. ¶ Et si persona ꝓtra quaꝫ facte fuerint positiones vel interrogationes fuerit femina:vel persona infirma:vel egregia:iudicens possit ⁊ teneatur mittere vnum ex suis notarijs ad domum habitationis dicte ꝑsone eius expensis ad recipiendum ⁊ pro recipiendo respõsionem super ipsis positionibus ⁊ inter/ rogationibus. ¶ Qui statuto ⁊ eius beneficio renunciari non possit nec pacto remitti in aliquo instrumento. ¶ Addentes ꝙ si ponens in prohemio dictarũ positionum dixerit:ponens quãlibet particulam per se singulariter ⁊ diuisiꝫ: vel alia verba equipolentia. ꝙ tunc ipsa diuisio habeatur pro legitime facta taliter ꝙ ipse respondere debens possit ipsis positõibus respondere:credere vel non credere.cuilibet particule:perinde ac si de ipsis positionibus ⁊ quali bet particula per se plures positiones facte forent.

¶ De capitulis admittendis. Rica.

xxix **Item** Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ in quacunqꝫ causa capitula,pducta sint ipso iure admissa. Saluo iure aduersario impertinentium ⁊ non admittendoꝝ dictoꝝ capituloꝝ. Interrogationibus vero quibuscũqꝫ re/ spondeatur:quibus de iure cõi responderi debet.

¶ Qõ mors ⁊ filiatio possint probari per vocem ⁊ famam. Rica.

xxx **Item** Statuimus ꝙ mors cuiuscunqꝫ:siue aliquam personam esse mor tuam nunc vel in futurum probari possit ⁊ valeat per vocẽ ⁊ fa/ mam:saltem per duos testes. Et predicta,pbatio in dicto casu mortis habea/ tur ⁊ teneatur pro legitima probatione mortis alterius. Et eodem modo ali/ quam personam esse vel fuisse filium vel filiam:legitimum vel legitimã:ascen dentem vel descendentem alicuius:vel esse vel fuisse in rerum natura:vel esse vel fuisse:patrem vel auum:probari possit ⁊ valeat per vocem ⁊ famaꝫ vt.s. dictuꝫ est. Et dicta probatio dicto casu habeatur ⁊ teneat. ⁊ haberi ⁊ teneri debeat pro legitima probatione predictoꝝ. Singula singulis congrue referẽ do:nisi contrarium probaretur.

¶ De pena negantis positionem. Rica.

xxxj **Item** Statuimus ꝙ siqua persona cõe collegium vel vniuersitas con/ tra quam vel quod aliquid positum fuerit per viam positionum in facto proprio eius contra quem ponitur negauerit illud quod posituꝫ fue/ rit per verbum credere:vel aliter respondẽdo. ⁊ illud negatũ probatuꝫ fue/ rit. ꝙ quicunqꝫ taliter negans condemnetur per quemcunqꝫ iudicentem cõ/ ram quo iudicium agitaretur in libris decem papien.parti applicandis. Et eadem pena puniatur ponens aliquid etiã per verbũ credere: qõ in processu falsum ꝓbatũ fuerit. Ad quas penas exequutõi mãdãdas quicũqꝫ iudicẽs

coram

coram quo vt premittitur iudiciuꝫ agitaretur.teneatur sub pena libraꝝ quin quaginta summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij:⁊ quacũqꝫ iuris omissa solemnitate.

¶ De pena negantis filium vel patrem vel legitimitatem alicuius. Rica.

xxxij **Item** Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ siqua persona cõe collegiuꝫ vel vni/ uersitas. In iudicio coraꝫ aliquo iudicente ordinario vel delega to negauerit aliquam personam esse vel fuisse in reruꝫ natura:vel esse vel fuis se mortuam:seu esse vel fuisse patrem vel filium.auum seu nepotem:seu eẽ vel fuisse ascendentẽ vel descendentem:vel legitimum vel legitimaꝫ: de quo posi tum fuerit per aliquem seu aliqua positio facta fuerit. ⁊ intelligatur negasse quantum ad penam presentis statuti:etiam si respondeat in iudicio per ver/ bum non credere vel aliud simile qõ idem importet. Et probatum fuerit illud quod negatum fuerit esse vel fuisse verum per vocem ⁊ famã vt supra. ꝙ ipse taliter negans puniatur ⁊ condemnetur per illum iudicentem ordinarium seu delegatum coram quo vt premittitur negatum fuerit.etiam si nõ intercesserit partis petitio:in libris quinquaginta papien.pro qualibet vice applicã dis ⁊ soluẽdis in totum parti fatigate ad illud taliter negatuꝫ verificandũ. Quam quidem condemnationeꝫ quilibet iudicens coraꝫ quo vt premittitur negatum fuerit teneat ⁊ debeat facere ac solui facere summarie de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij:⁊ quacunqꝫ solemnitate omissa infra.x.dies postquã fuerit requisitus sub pena librarum vigintiquinqꝫ papien.cõmuni papie ap/ plicandaꝫ. Saluo tamẽ ꝙ si negans seu si qui vt premittitur negauerit,pba/ uerit illud quod negasset fore verum. ꝙ in dicto casu talis qui vt premittitur negasset in nullo ipsa occasione debeat condemnari.

¶ Qõ nullus iudicens papie post eius officium cogatur de quibusdã red/ dere testimonium. Rica.

xxxiij **Item** Statuimns ꝙ nullus iudicẽs post eius officiũ cogatur nec pos/ sit reddere testimoniuꝫ per sacramentũ de aliqua re vnde placi/ tatum litigatum seu causatum fuisset in eius officio.

¶ De notarijs eligendis per delegatos:consiliarios. Arbitros vel arbi/ tratores. Rica.

xxxiiij **Item** Cum sepe contingat occultari probationes actorũ:quia partes: vt sepius solet fieri:instrumenta ⁊ acta notarijs suis quibus plꝫ dant seu rogant:⁊ demũ faciunt addi ⁊ diminui iuxta votũ. Statuimus ꝙ si contingat verti de cetero aliquã questioneꝫ vel litem coramã aliquo delegato ẽt si esset delegatus a dño nostro:cõmissario:consultore:ꝓsiliario.arbitro vel ar/ bitratore:vel aliquo ipsoꝝ:ꝙ nullus notariꝰ audeat vel presumat facere ali/ quod instrumentũ de aliquo actu:nec etiã aliqõ instrm sñie fiende coramã dicto delegato cõmissario:cõsiliario:arbitro vel arbitratore. Nisi notarius vel no/ tarij elligendus vel elligendi per dictũ dellegatũ cõmissariũ:consiliariũ:arbi/ trum vel arbitratorẽ. Qui cõmissarius delegatus ꝓsiliariꝰ:arbiter ⁊ arbitra/ tor teneatur ⁊ debeat elligere a principio de consensu partiũ:datis prius su/ spectis per vtranqꝫ partem si aliquem dare voluerint vsqꝫ ad numeruꝫ quat/

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tuor ⁊ non pluriũ. Et q̃ notarius vel notarij elligi non possint nisi fuerint de collegio notariorꝫ ciuitatis papie. Quod statutum non habeat locum nisi in ciuitate papie tantuꝫ. Et si alius notarius q̃ꝫ predicti sic electi seu electus aliquem actum fecerit ꝓ nõ valeat nec teneat ipso iure.

¶ De cõmissione receptionis sacramentorꝫ:⁊ dictorꝫ testiũ. Rica

xxxv **Item** Statuimus ꝓ quilibet iusdicens papie possit in quacunqꝫ causa siue questione ciuili siue pecuniaria partibus presentibus siue aliqua parte presente:⁊ alia citata receptionem sacramentorꝫ testium ⁊ interrogationes ⁊ examinationes testium ⁊ receptiones ⁊ scripturam testimoniorũ ⁊ dictorum ipsorum testiuꝫ cõmittere vni notario vel duobus notarijs de collegio notariorum papie:partibus non suspectis habitanti vel habitãtibus in ciuitate papie in arbitrio ipsius iusdicentis:etiaꝫ alij vel alijs q̃ꝫ officialibus suis. Qui notarius vel notarij sit seu sint etatis annorum vigintiqnqꝫ ad minus. de quorum notariorum vel notarij etate predicta stetur sacramẽto ipsius notarij seu notariorum per eum vel eis prestando in presentia iusdicẽtis predicti tempore cõmissionis predicte:vel infra tertiam diem proxime post dictã cõmissionẽ:dũtamen predicta fiant ⁊ exequanꝫ in ciuitate papie:nisi iuridica causa interueniente. Et ꝓ dicta cõmissio renũciari non possit per eũ cui facta esset:nisi ex causa approbata in arbitrio iusdicentis.

¶ Ubi inceptũ est iudiciũ ibi finiatur ⁊ finem accipere debeat. Rica.

xxxvj **Item** Statuimus ꝓ non liceat alicui persone:postq̃ꝫ proposuerit querimoniam de aliquo coram aliquo iusdicente ciuitatis papie:illum eundem ad alium iusdicentem trahere illa occasione: ⁊ si contrafactum fuerit soluat pro qualibet vice solidos quadraginta papien. que pena peruenat in aduersariũ:nisi primus iusdicens absens esset:vel iusto dei iudicio impeditus:vel nisi esset de partium voluntate:vel nisi legitima sufficiens causa interuenerit. Et si contrafieret non valeat ipsofacto:nisi tractus:scienter placitauerit in ipsa causa.

¶ De satisdatione prestanda p nõ suppositos:⁊ mulieres maritatas. Rica.

xxxvij **Item** Statuimus ꝓ omnes nõ suppositi iurisditioni ciuitatis ⁊ comitatus papie. Et quecũqꝫ mulieres maritate nõ audianꝫ nec audiri debeant per aliquem iusdicentem papie agendo vel agere volendo contra aliquem suppositum iurisditioni dñi potestatis papie ⁊ cõis papie. Nisi donec satisdederit ipsi quento de expensis restituẽdis alteri parti. si succubuerit in causa:vel nisi per dictos non suppositos ⁊ per dictas mulieres fuerit factum depositum penes illam psonã de ea q̃ꝫtitate de qua iusdicenti videbitur pro expensis restituendis. Qd statutũ locum habeat si per conuentuꝫ suppositum predicta satisdatio fuerit petita ⁊ non aliter.

¶ De eo qui se opposuerit alicui liti vt de iuribus suis cognoscatur. Rica.

xxxviij **Item** Statuim⁹ ꝓ q̃libꝫ psona in quacũqꝫ cã seu q̃one vertẽte taꝫ coram iudicib⁹ palacij cõis. pp. q̃ꝫ coram cõmissario ꝓsiliario adiũctis vel arbitris

arbitris arbitratoribus ⁊ amicabilibus compositoribus possit se opponere. Et ꝓ siqua persona de cetero se opposuerit alicui cause liti controuersie seu questioni coram aliquo iusdicente magistratu vel delegato seu cõsiliario adiuncto arbitro vel arbitratore per instrumẽtuꝫ publicuꝫ ipsius oppositionis: ꝓ cognitio sui iuris cum cognitione aliarũ partiuꝫ primo litigãtium ad illum iusdicentẽ adiunctuꝫ delegatuꝫ cõmissariũ arbitruꝫ arbitratorẽ magistratuꝫ vel delegatũ deuoluat:licet de opponente in ipsa causa:seu coraꝫ iusdicente: seu in cõmissione vel delegatione vel assumptione ipsius cõsiliarij de ipso opponente nulla mentio facta fuerit:dũmodo se opponat infra decẽ dies vtiles a die incepte litis. Et ꝓ ipse iusdicens cõmissarius vel delegatus adiunctus arbiter arbitrator ⁊ magistratus possint teneanꝫ ⁊ debeant de meritis iuriuꝫ ⁊ cause dicti opponentis cõsulere ⁊ diffinire sicut ⁊ prout tenetur de iuribus partium cõtentaꝫ in ipsa causa lite cõmissione seu questione:⁊ cũ iurib⁹ ipsorꝫ primo litigantiũ nulla exceptione vel caulatiõe obstante. Infra tempus ad cognitionẽ causarũ primo litigantium determinatum.

¶ Qualiter victus victori ꝗdẽnari debeat in expensis. Rica.

xxxix **Item** Statuimus ꝓ victus victori condẽnetur in expensis soluẽdis in pecunia numerata:iustis ⁊ moderatis tãtũ in iudicio factis ac si promisse essent:taxatiõe facta de ipsis expẽsis a iudicante vel ꝗsiliario:prout fieret de expensis ꝓmissis. Et hoc siue habuerit iustã cãm litigandi siue non: omni exceptione ⁊ defensione remotis. Et hoc sub pena cuicũqꝫ iusdicẽti cõmissario ꝗsultori ⁊ delegato ꝓtrafacienti libraꝫ qnquaginta papien. applicãda parti:⁊ vltra in refectione damnorꝫ interesse ⁊ expensarũ partis.

¶ Qd ducentes victualia non impediantur. Rica.

tempore anteriores. Et predicta vendicent sibi locum in preteritis penden/
tibus ⁊ futuris.

¶ De iuestituris recipiẽdis p illos q succedũt in reb⁹ emphiteoticis. Rica.

lxvij **Item** Statuimus ꝙ quecunqz persona que donatione vel venditione
vel in dotis dationẽ habuerit vl alio modo receperit ꝏ aliqua re
seu aliquibus rebus de qua vel de quibus prestari debeat fictuz:⁊ quicunqz
alius in quem ipsa res vigore alicuius vltime voluntatis vel successionis vel
quocunqz alio titulo puenerit teneatur ⁊ debeat cogi ⁊ compelli possit omni/
bus iuris remedijs recipere ad fictum ⁊ in emphiteosiz ipsam rez a domino:
cui de ipsa re dari debeat fictuz modis pactis ⁊ tenoribus in ipsa inuestitura
de ipsa re contentis ⁊ descriptis:⁊ de quantitate ficti ꝗtenti in iuestitura anti
qua addendo ⁊ in summa ponendo dicte quãtitati ficti additionem melioza/
menti monete:si qꝏ competit ⁊ ꝟm terminationez statutorum cõmunis papie.
Et inuestituraz debitaz ipsi dño soluere. Nisi iure hereditario in eum perue/
nerit si fuerit infra quartuz graduz vel intra:⁊ nisi titulo dotis date inestima
re receperit:⁊ in his duobus casibus vel altero ipsoꝝ inuestitura nõ soluaẽ.
Quã inuestituraz recipere teneatur infra tres menses postq̃z ei fuerit denun
ciatum per dñm vel iussum per iusdicentẽ vel ex parte iusdicentis ꝑsonaliter
ad petitionẽ ipsius dñi:sub pena amissionis iuris qꝏ haberet in ipa re. ¶ Ita
ꝙ ipsa res elapsis dictis tribus mensibus per dictum emphiteotam nõ rece/
pta inuestitura dicto dño sit aperta:⁊ liceat ipsi dño sua ꝓpria aucte appre/
hendere ⁊ intrare tenutã dicte rei ⁊ ipsaz habere tanq̃z rez ꝓpriã. Et in quo/
libet predictoꝝ casuum teneatur inuestitus dare suis expẽsis dño ꝓprietatis
cartam inuestiture in formã publici instrumenti. Et predicta locũ habeant in
alienationibus fiendis ⁊ in alienationibus iam factis.

¶ Qualiter fictuales vendere ⁊ alienare possint. Rica.

lxviij **Item** Statuimus ꝙ aliquis emphiteota rez emphietoticatã nõ possit
vendere:nec permutare:nec in dotem estimatam dare:nec alicui
inuestire vltra decem annos:nec aliquo titulo inter viuos in alium transfer/
re absqz denunciatione vel requisitione facta principali domino. Et si secus
fecerit cadat ipse emphiteota a iure suo. Et si ipse emphiteota volens ipsam
rem donare permutare vel alij inuestire vltra decem annos vt supra requisi/
tionez vel denunciationẽ fecerit dño. Et dictus dñs ipsam rez requisitõe vel
denũciatõe facta sibi habere velit:tũc in pñtia iusdicẽtis ciuitatj. ꝑꝑ. ipsi dñs
⁊ emphiteota infra tertiaz diez ꝓrime post denũciationẽ vel requisitionẽ eli/
gere teneant duos legales viros ipsius rei notitiã hñtes:vnum pro quolibz:
qui

qui estiment precium ⁊ valimentuz rei predicte. Et si dicti duo non fuerint in
concordia infra tertiam diem teneantur tertium eligere habentez similez no/
titiaz ipsius rei. Et vbi duo fuerint concordes tertius locũ non habeat. Qui
duo ⁊ tertius iurare teneantur ⁊ compelli possint per iusdicentẽ ciuitatis pa/
pie de dicta re legaliter estimanda ad dictam estimationez fiendaz. Et possit
ipse dominus predictã rem emere ⁊ habere a predicto emphiteota p̃cio pre/
dicto quo fuerit estimata. Et ipse emphiteota predictam rem vendere teneat
⁊ tradere domino predicto pro precio suprascripto ⁊ valimẽto:⁊ de euictiõe
⁊ restitutione precij interesse ⁊ expensarum in casu euictionis ⁊ cuiuscũqz im/
brigamenti ipsius de iure promittere:⁊ de ipsa venditione cartam fieri roga
re ꝟm naturam ⁊ morem talis contractus. Et si vsqz ad quindecim dies post
declarationem ipsius precij dictus dominus rem predictaz non emerit:⁊ pre/
cium ipsum dicto emphiteote non soluerit:vel cuz effectu obtulerit separatũ
dare ⁊ soluere. Possit postea dictus emphiteota elapsis dictis qndeciz die/
bus dictam rem in dotem dare ⁊ donare:⁊ modis predictis transferre cũ one
re ficti:qꝏ ex ipsa re debetur. Saluo dño iure inuestiture habende ⁊ inuestitu
re recipiende per personam in quam peruenerit.

¶ De consignatione proprietatũ emphiteoticaꝝ. Rica.

lxviiij **Item** Statuimus ꝙ quilibet emphiteota ⁊ quicunqz eius successor ad
requisitiõez domini vel eius successoris teneatur ⁊ debeat ⁊ cogi
⁊ compelli debeat per quẽcunqz iusdicentem ciuitatis papie omnibus ⁊ sin/
gulis iuris remedijs summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij p agri
mesorem expertum mensurari facere expensis cõmunibus domini ⁊ emphi/
teote omnes ⁊ singulas res ⁊ proprietates de quibus per ipsum emphiteotã
prestatur fictum singulis quibuscunqz decem annis siue in quocunqz decen/
nio ⁊ de ipsa consignatione ⁊ mensuratione cartam fieri rogare per notariũ
publicum:in qua describãtur ipse proprietates per quantitatem quadratem
loca ⁊ latera. Quod statutum locum habeat in inuestituris preteritis ⁊ futu/
ris. Et renouationem antique inuestiture de predictis recipere teneant a do
mino expensis domini.

¶ Qꝏ fictualis ꝑpetuus possit repudiare ⁊ qñ cadat a iure suo. Rica.

lxx **Item** Statuimus ꝙ quilibet qui sit ⁊ fuerit inuestitus in perpetuuz ⁊
quilibet alius emphiteota perpetuus ꝏ aliqua re possit ⁊ valeat
repudiare ipsum fictũ ⁊ ipsam rez dño dimittere:dũmõ prius soluerit dño to
tum fictum preteritũ ⁊ anni incepti tempore repudiationis:⁊ dũmodo dicta
ꝓprietas non sit deteriorata facto vel occasione ipsius ẽphiteote:⁊ aliter nõ
valeat repudiatio. ¶ Et si aliquis fictualis aliquo tempore steterit per duos
annos ꝗtinuos ꝙ nõ soluerit fictũ qꝏ debeat dño:ꝙ ipso iure ⁊ facto ipsa pro/
prietas cum omni meliorамento ibi facto sit aperta domino sine aliqua de/
nunciatione inde fienda. Et nihilominus teneat emphiteota ad solutionem
ipsius ficti retenti. ¶ Et in p̃dictis casibus ⁊ quolibet ipsorum possit dñs rei
emphiteoticate sua ꝓpria aucte intrare corporalez possessionẽ ⁊ tenutã pro/
prietatũ ⁊ rei emphiteotice:⁊ ipsaz hãe ⁊ tenere tanq̃z rem ꝓpriã absqz ꝗtra/
dictione fictualis. Saluis ⁊ reseruatis manentib⁹ in p̃dictis omnib⁹ ⁊ singu/
lis pactionibus ⁊ ꝗuentionibus factis ⁊ que fierent inter ꝗtrahentes.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶ Qd̃ emens aliquã rem cũ onere alicuius ficti ſoluẽdi ſoluat fictũ. Rica.

lxxj **Item** Statuimus q̃ ſi contingat aliquẽ vendere vel alienare ſeu quo/uis titulo in aliquem tranſferre aliquid cum onere ſoluendi ali/quod fictum alicui: q̃ ille acquirens illud cum dicto onere teneat̃ ⁊ cogi poſ/ſit per illum cui fictum debetur per continentiaz dicte emptionis ⁊ venditio/nis ad ſolutionem cuiuſcunqz ficti: cuz memoratione ei deberi fictũ in inſtru/mento predicto. Et q̃ notarius teneatur ipſi domino dare inſtrumentuz ven/ditionis licet non ſit factum ad ſui poſtulationẽ habita cõpetenti ſolutione.

¶ A quo tempore citra nulla ſit curſa preſcriptio. Rica.

lxxij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ ab anno curſo Milleſimo tricin/teſimo quinquageſimoſexto vſqz ad annũ curſum Milleſimo tri/centeſimo ſexageſimo excluſiue nulla ſit vel eſſe intelligat̃ curſa p̃ſcriptio rea/lis vel perſonalis. ¶ Et q̃ de cetero nõ interrumpat̃ nec interrupta ſit aliqua preſcriptio ꝓpter inundationes aquar̃. ¶ Nec ꝓpter inundatões predictas perdita vel interrupta poſſeſſio eſſe intelligatur.

¶ De denunciationibus ⁊ requiſitiõibus fiendis per emphiteotaz domino quando vendere vult. Rica.

lxxiij **Item** Statuimus q̃ de cetero emphiteota qui voluerit vendere: in do/tem eſtimatam dare: donare: pmutare vel alienare rem ephiteo/ticatã ſeu melioramentũ rei emphiteoticate: teneatur denũciare ⁊ notificare dño perſonã ſeu perſonas cui vel quibus vendere donare vel in dotem dare vel alienare velit: ⁊ precium ſiue quantitatẽ ꝑ quo vel qua vendere velit vel aliter alienare. ¶ Et dictus emphiteota ⁊ perſona cui vẽdere velit vel aliter alienare teneantur ⁊ cõpelli poſſint ſummarie de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij per quẽcunqz iuſdicentez ciuitatis papie declarare ꝑ eozum ⁊ vtriuſ/qz ipſozum ſacramentũ ipſi dño precium verum ſeu valimentũ ſeu quantitatẽ pro quo ſeu qua dicte res venduntur vel alienantur. Et ſi dominus ipſaz rez pro ipſo precio ſeu q̃ztitate emere velit teneat̃ dñs declarare voluntatẽ ſuaz: quomodo emere vel habere velit infra. xv. dies ꝓximos. Et tunc ipſe emphi/teota teneat̃ predictã rem tradere ⁊ vẽdere dño predicto ꝑ precio ſupraſcri/pto ſeu valimẽto: ⁊ tãto minori q̃zto teneret̃ ſm formam pactoz̃ inueſtiture ⁊ eidem dño venditionẽ ⁊ traditõem facere ipſius rei ⁊ de euictõe ⁊ reſtitutõe precij damnoz̃ intereſſe ⁊ expenſarũ in caſu euictionis ⁊ cuiuſcũqz imbriga/menti de iure ipſius rei pro ſe ⁊ ſuo facto tm̃ ꝓmittere ⁊ ſe ⁊ ſua bona ⁊ dein/de alteri obligare ⁊ cartã de predictis fieri rogare ſm morẽ talis contractus. ¶ Et q̃ facta dcã denũciatiõe ꝑ dictũ ẽphiteotã dño liceat minime dicto em/phiteote penitere. Sed teneatur ipſi dño vendere ⁊ venditõem facere vt ſu/pra dictũ eſt. Et ecõuerſo nec dominũ poſſit penitere poſtq̃z dixerit ſe habere velle dictaz rem ſupraſcripto precio. ¶ Tranſactis vero dictis qndecim die/bus ſi dñs nõ declarauerit ſe habere velle dictam rem ſicut emphiteota: tunc ipſe emphiteota poſſit vendere ⁊ alienare ei ꝑ quo denũcia fcã eſt dño libere ⁊ impune: cum onere tamen ficti preſtandi: ⁊ inueſtiture

¶ De oblatione ⁊ ꝓſignatione fictozum fienda dominis. Rica.

¶ Item

lxiiij **Item** Statuimus q̃ ſi emphiteota per publicum inſtrumentum denun/ciauerit ⁊ cum effectu paratum ſe obtulerit domino perſonaliter vel ad domum habitationis ipſius domini ſe velle ſoluere fictum ſeu debituz canonem ⁊ oblationem eidem domino vel ad domum fecerit: tunc de ipſo fi/cto ſeu debito canone: q̃ ipſa oblatio ⁊ conſignatio nullo depoſito fiendo ſuf/ficiat emphiteote ad hoc vt a re emphiteoticata non cadat: ſed domino non aperiatur propter ceſſationẽ in ſolutione debiti ficti ſeu canonis. Et ſi ſic fa/cta denunciatione ⁊ oblatione predicta ſi dominus ab emphiteota requiſiue/rit fictum predictum: ⁊ dictus emphiteota poſt requiſitionẽ predictaz ꝑ ipſuz dominũ factaz per inſtrumentũ publicũ: vel per ſeruitozẽ cõis papie ex parte alicuius iuſdicentis ad petitionem domini per decem dies ceſſauerit in ſolu/tione dicti ficti: dicta oblatio ⁊ ꝓſignatio per eũ ipſi dño facta vel ad eius do/mum nil ei proſit: ſed pro infecta habeatur.

¶ Quantum preſtetur pro inueſtitura. Rica.

lxxv **Item** Statuimus q̃ ſi in inſtrumento inueſtiture conuentũ fuerit inter ꝓtrahentes quãtuz preſtetur pro inueſtitura illud ſeruetur. Et ſi non apparet quantũ conuentũ fuerit: tunc ſoluatur de inueſtitura de qualibz libra precij ſeu valimenti rei denarios duodecim papienẽ. Quam inueſtituraz ille in quem res peruenerit ſoluere teneatur ⁊ cogi poſſit per quẽcunqz iuſdi/centẽ ciuitatis papie ſũmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. ¶ Sal/uo q̃ predicta non habeant locum in rebus peruentis in aliquẽ ex teſtamẽto ſiue ex ſucceſſione vſqz ad quartũ gradum incluſiue: ⁊ in rebus datis in dotẽ inestimatis. Teneatur tamen emphiteota denũciare dño quomodo talem rez quam habet ⁊ tenet ad fictum tradidit vel tradere vult tali in dotez inestima/tam. Et ſi ſecus fecerit cadat emphiteota a iure ſuo.

¶ Qualiter nouus dominus poſſit conſtringere emphiteotam ad recipien/dum inueſtiturꝫm. Rica.

lxxvj **Item** Statuimus q̃ ſi dñs cui debetur fictum iura ſui ficti vendider it vel aliquo alio titulo alienauerit: vel in alium quoquomodo trã/ſtulerit alicui perſone vel vniuerſitati: q̃ emphiteota ad requiſitionẽ empto/ris ſiue illius in quem ipſa iura ficti peruenerint teneatur ⁊ debeat recipere inueſtiturã ⁊ cogi ⁊ cõpelli poſſit ⁊ debeat per quẽcunqz iuſdicentez oĩbus ⁊ ſingulis iuris remedijs ſummarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij ad ipſam inueſtiturã recipienduz: abſqz onere ſolutionis alicuius inueſtiture: de ꝓprietate ficti predicti ab ipſo emptore ſeu ab ipſo in quẽ puenerint iura di/cti ficti ad danduz ⁊ ſoluenduz fictum tantũ quantũ venditori ſeu alienatori dicti ficti ſolui debebat. Addendo ⁊ in ſumma ponendo ⁊ dicte q̃ztitati ficti addiciẽdo melioramentũ monete ſi qõ cõpetit ⁊ ſm determinationẽ ſtatutoz̃ cõis papie cũ pactis ⁊ modis in antiqua inueſtitura deſcriptis. Teneat̃ tũ in ipſo inſtrumento inueſtiture noue fiende promittere ⁊ ſe ⁊ bona ſua obligare dicto emphiteote de conſeruando ipſum emphiteotam ⁊ eius bona idemnem ⁊ idemnia de dicto ficto a principali dño qui vendiderit vel alienauerit ſeu a ſe remouerit iura ficti predicti. Et teneat̃ dominus ſuis expenſis facere dare emphiteote inſtrumentũ inueſtiture predicte. Et locuz habeat preſens ſtatu/tum in preteritis pendentibus ⁊ futuris.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶ De pena vendentis vel alienantis res sine cõmemoratione fictus ⁊ pẽsionis: ⁊ q̃ emptor teneatur vt venditor tenebatur. Rica.

lxxvij **Item** Statuimus q̃ tenens nunc vel in futurum rem ad fictum vel ad pensionem nõ possit ipsam vendere donare vel alienare: sine cõmemoratione affictus vel pensionis. Et si contrafecerit non valeat nec teneat ipso iure qd̃ ꝛtrafactum fuerit. Et nihilominus teneatur possessor ad prestationem ficti ⁊ pensionis dño rei: ⁊ cogi possit realiter ⁊ personaliter ⁊ cũ effectu in omnibus ⁊ per omnia vt poterat ab illo qui vendiderit donauerit vel alienauerit nullo obstante. Et nihilominus cõtrahentes cadant a iure suo si domino placuerit.

¶ Qualiter ⁊ quomodo retinens massarios seu bubulcos alterius dñi dare debentes possit conueniri. Rica.

lxxviij **Item** Statuimus q̃ si aliquis massarius vel bubulcus laborans cum bestijs possessiones alicui⁹ dñi ⁊ q̃ habitauerit sup dcõ laborerio alicuius dñi: qui ipsi dño sit obligatus vel aliquid dare teneatur seu debeat p publicum instrm̃ vel alio modo: recesserit ab ipso domio de massaritio: seu de laborerio ipsius domini quocũq̃ modo: ⁊ nõ soluto debito qd̃ dicto dño dare tenebatur: ⁊ venerit ad standu cũ aliquo dño seu super massaritio seu super laborerio alicuius alterius dñi: qd̃ massaritiũ sit sup districtu papie. Qd̃ tunc ad petitionẽ ⁊ instantiã dicti primi dñi creditoris: quicunq̃ iusdicẽs ciuitatis papie facta ei fide de debito qd̃ dictus primus dñs habere deb̃ per publicũ instrumentũ vel alio modo possit teneat ⁊ debeat cogere ⁊ cõpellere quibuscunq̃ iuris remedijs quib⁹ ei visum fuerit predictũ massariũ vel bubulcũ ad redeundũ standũ ⁊ habitandũ super laborerio seu massaritio dicti primi dñi a quo recesserit: si ipsi primo dño placuerit si dictum debitu nõ soluerit dicto primo dño: cum illis modis ⁊ pactis quibus ante dictu eius recessu stabat: quousq̃ ipsi dño solutum fuerit de dicto debito. Et etiã ipse iusdicens possit teneatur ⁊ debeat ad petitionẽ dicti primi dñi creditoris vt.s̃. precipere ⁊ precipi facere per seruitorem in scriptis predicto dño seu alij qui ipsum talem massariũ vel bubulcũ receperit acceptauerit vel terras aliquas seu possessiones ad massaritiũ ꝛcesserit: q̃ talem massariũ vel bubulcũ non retineat sz ipm̃ a se ⁊ de suo laborerio seu massaritio licentiet ⁊ expellat infra mensem vnum tunc ꝓxime futurũ: vel q̃ tunc dicto primo dño soluat debitum qd̃ dictus primus dñs habere dz: specificando in ipso precepto q̃ztitatem debiti quã dictus primus dñs habere debet. Et si facto dicto tali p̃cepto dictus dñs seu qui ip̃z retinuit vel vt.s̃. retiuerit secũ: seu sup suo massaritio seu laborerio dcm̃ massaritiũ seu bubulcũ: ⁊ eũ non expullerit seu nõ licentiauerit ꝑm preceptu iusdicentis: q̃ tunc ipso iure ⁊ facto dictus dñs seu qui ipsu retinuit vel prout supra dictũ massariũ seu bubulcũ retinuerit: sit ⁊ esse itelligat̃ debitor dicti primi dñi creditoris ⁊ habere debẽtis a dicto massario vel bubulco in tanta q̃ztitate ⁊ vsq̃z ad tantã quãtitatẽ quã ꝓbauerit ⁊ fidem legitimã fecerit dictus talis dñs ⁊ creditor habere debere a dicto tali massario seu bubulco. Et contra ipsu scõm dm̃ ad petitionẽ dicti primi dñi creditoris fiat exequutio realiter ⁊ psonaliter sicuti si esset q̃dẽnatus vel ꝓ cõdẽnato habitus: ⁊ pro plena possessione data de suis bonis: ⁊ ꝑm formã iuris ⁊ statutoꝝ cõis. p̃p̃. sũmarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij processus fiat ⁊ fieri debeat contra talem

talẽ psonam executio fiat sicut ⁊ quẽadmodũ ꝓceditur ⁊ procedi potest contra debitorem in quacũq̃z causa summaria ꝑm formam statutorum cõmunis papie. Et cõtra ipsam talem personam fiat ⁊ fieri possit executio realis ⁊ psonalis vt.s̃. dictum est. Et q̃ dicta talis persona que dictum massarium vel bubulcum receptauerit ⁊ retinuerit soluendo ⁊ solutione facta dicto tali domino ⁊ creditori de omni ⁊ toto eo qd̃ dictus talis massarius vel bubulc⁹ dare tenebatur: ⁊ debebat dicto suo dño ⁊ creditori: possit ⁊ valeat constringere dictũ talem dm̃m ⁊ creditorem ad cessionem ⁊ datum iuris faciendum de omnibus suis talibus iuribus ⁊ actiõibus quas ⁊ que hz ⁊ hẽbat ⁊ hẽre videbatur contra dictum talem massarium vel bubulcũ sicut ⁊ quẽadmodũ natura talis contractus desiderat ⁊ requirit. Et q̃ dictus talis dominus teneatur ⁊ debeat omnibus iuris remedijs summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ omni solẽnitate statutorũ ⁊ ordinũ cõis papie obmissa ⁊ non seruata. Et sine aliqua datione consilij sapientis etiam si dixerit se grauatu ⁊ grauari teneatur ⁊ debeat solutione facta sibi de omni ⁊ toto eo qd̃ dictus massarius eius vel bubulcus eidem dare tenebatur ⁊ debebat cessionem iurium ⁊ datum iuris facere dicte tali persone soluẽti pro tali massario vel bubulco: ⁊ ceteras promissiones obligationes cõfessiones ⁊ renunciationes facere in dicta cessione iurium ⁊ dato iuris contra dictum talem massarium vel bubulcum ⁊ contra res ⁊ bona ipsius massarij vel bubulci. Et contra tenentes ⁊ possidentes de ipsius massarij vel bubulci bonis ⁊ rebus prout ⁊ sicuti ⁊ quẽadmodum natura talis contractus desiderat ⁊ requirit ꝑm formam iuris ⁊ in forma cõmuni. Et predicta omnia faciant ⁊ exequantur ⁊ executioni mandentur ⁊ inuiolabiliter obseruentur.

¶ Qd̃ credatur domino contra massarium ⁊ bubulcum in eius sacramento vsq̃z ad certã q̃ztitatẽ: ⁊ q̃ possit capi psonaliter pro debito massaritij. Rica.

lxxviiij **Item** Statuimus ⁊ ordinamus q̃ vt velotius ⁊ celerius dominus possit suum debitũ consequi a massarijs vel bubulcis: qui de suo laborerio recesserũt: ⁊ occuratur fraudibus massarioꝝ ⁊ bubulcoꝝ qui sepe solent cõsumere dominos suos: ⁊ de eoꝝ possessiõibus recedere. Qd̃ cõtra eos ⁊ secũdos domios q̃ eos retinuerint vt supra in precedenti capitulo cõtinetur: credatur primo domino vltra id qd̃ apparebit massariũ vel bubulcũ debere primo domino per publica instrumẽta suo sacramẽto vsq̃z ad quãtitatem librarum quinquaginta. p̃p̃. teneatur tamen ⁊ debeat dictus primus dominꝰ in sacramẽto causas exprimere ꝓpter quas dictam pecuniam ⁊ res eiusdem valoris hẽre debet a dicto massario vel bubulco: vt in illis quãtitatibus fiat executio cõtra secũdũ dm̃m iuxta formã precedentis statuti nulla cauillatione obstante, reseruato tm̃ primo domino omni suo iure contra dictum massariu vel bubulcum de quo non posset ꝓbare per publicum instrumentum sed per testes vel alias legitimas ꝓbationes in maiori quantitate dictarum librarũ quinquaginta. p̃p̃. Item q̃ si contingat dictum massarium vel bubulcu recedere vt supra dictum est a domino suo: nec esse apud aliquem secundum dominum vel esse apud alium dominum: qui recusaret vel differret in debito soluere primo domino possit capi ⁊ detineri personaliter in carceribus. Et q̃ quilibet iudex de hoc requisitus teneatur vinculo sacramenti ad penã librarum cẽtum. p̃p̃. predicta executiõi mandare omni cauillatiõe ⁊ exceptiõe remota. Statuto seu decreto aliquo in cõtrarium non obstante.

HAYKOВ ИМЕНИ ПРОФ. ОНУ

¶ De malo laborerio massariorũ ⁊ colonorũ. Rica.

lxxx **Item** Statuimus ꝙ si dñs ꝓbauerit coraz aliquo iusdicente ciuitatis papie massariũ seu colonum male laborasse rem vel res sibi locatam ⁊ locatas vel ad massaritiũ cõcessas: seu ipsam rem seu res debitis tẽporibus non laborasse: seu furtuz fecisse de fructibus ipsius rei vel ipsarum rerum: vel damnum fecisse super re vel rebus locata vel locatis vel ad massaritium cõcessis: vel iniuriam fecisse ipsi domino vel alicui de sua familia: ãmittat ipse massarius vel colonus massaritiuz: ⁊ expelli possit de re vel rebus locata vel locatis vel ad massaritium cõcessis per quẽcũqz iusdicentem ciuitatis papie ad petitionẽ ipsius domini: ⁊ nihilominꝰ teneat̃ ipse massarius vel colonus ad restitutionẽ damni ⁊ interesse domino ꝑdicto. Saluo tamen ipsi massario iur̃ suo in fructibus tnnc pendentibus super rebus predictis: ⁊ de quibus possit cognosci summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij.

¶ De non compellendo ciues ciuitatis papie ad aliqua onera per hoĩes ⁊ cõia locorũ ⁊ vniuersitates districtus ⁊ terre papie: ⁊ de possessiõibus ⁊ rebꝰ ipozũ nõ imbrigãdis ꝑ dicta cõia ⁊ vniuersitates. Rica.

lxxxj **Item** Statuimus ꝙ nullum cõmune nec aliqui homines aliquorũ cõmunium: burgozũ: villarum: castrozum: ⁊ terrarum papie: ac districtus ipsius audeant nec presumant imponere vel imponi facere aliqõ onꝰ vel grauamen reale vel psonale vel mixtũ vel aliam qualẽcũqz exactionẽ ciuibus ciuitatis papie: vel eozũ terris possessiõibus ⁊ rebus vel occasione ipozz vel cuiuscũqz ipsarum: aliquo colore quesito: vel massarijs colonis vel inquilinis vel fictabilibus ipsozum: vel alios quoscunqz laboratozes de terris possessionibus ⁊ rebus dictozum cõiuz inquietare vel molestare seu ĩquietari vel molestari facere directe vel indirecte occasione predictozũ oneruz seu grauaminũ impositozz seu imponẽdozz ipsis ciuibus: vel eozz possessionibus terris vel rebus ꝑ predicta cõia vel vniuersitates ⁊ hoĩes ipsozum vel eozũ officiales: nec ipsis ciuibus terris ⁊ possessionibus ⁊ rebus vel aliquibus ipsozum ꝑsumant nec ꝑsumere debeant dare deuetuz interdictum vel imbrigamentũ vel dari vel fieri facere quoquomõ sub pena librarum ducentarũ cuilibet cõmuni loco cõmunitati ⁊ vniuersitati ipsozum locozum quoquomodo censeantur. Et ꝙ aliqs ciuis papie masculus vel femina siue ibi habitet siue nõ non teneatur aliquo modo ad solutionem salarij potestatis capitanei vel rectoris seu officialis dicte terre cõmunitatis vel vniuersitatis ciuium vel non ciuium: nec ad aliquas fortilizias fiẽdas: nec ad camparia: nec ad aliquas alias expensas: vel onera realia vel psonalia siue mixta: nec ad aliqua alia onera: nisi solũmodo ad salarium camparij vel campariozum de fozis: nec rector dicte terre quicunq̃z̃ sit vel fuerit habeat vel exerceat iurisditionẽ aliquam in ciuem masculum vel feminã: nisi sine fraude vel colore quesito in dãno qõ decetero daretur: ⁊ ad denũciationẽ camparij: vel in ludo azari in sua terra vel curia reperto personaliter per rectozem vel eius familiam: ⁊ nisi in capiẽdo ipsum vel ipsam in casu in quo tenereꝯ per aliquod statutum cõis papie: vel de mandato alicuius iusdicentis ciuitatis papie: ⁊ nisi in saxiendo bona ipsiꝰ ⁊ custodiendo ⁊ papiam cõducendo ad mandatum iusdicentis ciuitatis papie. Et nullus rector aliquozum predictozuz locozum vel vniuersitatum: vel alius quicũqz officialis dictozũ cõiuz ⁊ vniuersitatũ audeat vel presumat aliquem

quem ꝓcessum facere vel fieri facere aliquo colore quesito cõtra aliquẽ ciuez ciuitatis papie: vel terras vel possessiões vel res ipsozz ciuium: nec cõtra massarios: colonos: inquilinos: laboratozes ⁊ fictuales ipsozũ ciuium occasione ꝑdictozum onerũ seu grauaminũ. Et si contrafecerit puniatur per dominum potestatem papie qualibet vice in libzis centum papie. Et nihilominus teneantur dicta cõia ⁊ vniuersitates ⁊ homines ipsozũ ad reficienduz ipsi ciui omne dãnum illatum per eos. Et ꝑdicta teneatur ptãs papie ⁊ quilibet iusdicens eius facere obseruari vinculo sacramenti: ⁊ sub pena libzarũ ducentazz papieñ. Et super predictis teneanť ⁊ possint summarie procedere per accusationem: inquisitionẽ: denũciationẽ: ⁊ quoquomõ sibi videbitur tam contra cõia ⁊ hoĩes ⁊ vniuersitates q̃z̃ cõtra rectozem ipsozum. Et si predicta cõmunia vniuersitates ⁊ loca ⁊ homines pretenderent aliquos predictozum ciuiũ aliqua onera vel aliquid debere dictis cõibus ⁊ vniuersitatibus locis ⁊ hominibus dictos ciues conueniant sub potestate ciuitatis papie vel alijs magistratibus dicte ciuitatis. Et predicta obseruentur non obstantibus aliquibus priuilegijs ĩmunitatibus gratijs iurisditiõibus ⁊ auctozitatibus hinc retro concessis aliqbus cõitati vel vniuersitati ⁊ hominibus per cõmune papie Quibus omnibus ⁊ singulis intelligať ⁊ sit derogatum auctozitate pñtj statuti: pinde ac si de eis ⁊ quolibet ipsozum specialis mentio facta fozet. Et predicta obseruentur aliqua prescriptione cõsuetudine vel vsantia in aliquo nõ obstante. Et intelligant̃ ciues quo ad obseruantiam presentis statuti illi q habitabunt cõtinue in ciuitate papie vel burgis saltem per tres menses continuos ꝑm fozmam statuti positi sub rubrica. ꝙ quilibet ciuis teneat̃ habitare per tres menses cum familia ⁊c̃.

¶ De his qui iuerũt ad alium locum ad habitandũ cõueniendis. Rica.

lxxxij **Item** Statuimus ꝙ siquis homo alicuiꝰ loci terre papie iuerit ad habitandum ad alium locuz terre papie ab ipso tempore citra quo factum fuerit instr̃m debiti cõis loci in quo consueuerat stare habeat creditor potestatem cõueniendi ⁊ possit conuenire suprascriptum hominem ita ꝙ ipsi creditori debeat ⁊ teneatur soluere perinde ac si habitaret in dicto loco de quo recessit.

¶ De rusticis relinquẽtibus sedimina: ⁊ de blauis diuidendis. Rica.

lxxxiij **Item** Statuimus ꝙ si rustici vel massarij reliquerint sedimen domini qõ teneatur a domino: si edificatum fuerit ibi de lignamine rustici ⁊ massarij: hẽat ptãtẽ ipse rusticus vel massarius portandi edificium quocunqz voluerit: nisi dominus voluerit prestare estimationẽ lignaminis quod fuerit rustici vel massarij. Et si edificiuz fuerit factum de lignamine domini remaneat ipsi domino totũ: ⁊ lignamen qõ ibi fuerit sit ipsius domini. Et pallee domini in sedimine ꝛnde exiuerũt remaneant. Sed fenum cõtingens ipsi massario seu rustico ꝓ eius parte sit ipsius: ⁊ offerat quocũqz voluerit portare. Et ꝙ nullus massarius possit diuidere blauas grossas vel minutas vel legumina in campis: sed postquam fuerint ad areã domini: si eam hz: vel ĩ alia in quã cõsueuit dominus facere ꝛduci sua blada: ad que ipse massarius compelli possit: tunc ibi massarius habeat suam partem bladi vel leguminum batuti vel batutozum. Et pallee remaneant in ipsa area ꝓ reponendo in terris

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

vnde exiuerunt. Attamen massarius perseuerando in laborerio possit vti dictis paleis perseuerãdo ibidem: ita qõ ledamen ipsarum palearuꝫ vadat super terris domini vnde exiuerũt palee reportari.

¶ Quod statuta cõia locorũ cõtra cõe papie non valeant. Rica.

lxxxiiij **Item** Statuimus q̃ dñs ptãs vel eius vicarius teneatur ⁊ debeat oĩ anno semel vinculo sacramenti inquirere examinare seu inquiri vel examinari facere oĩa ⁊ singula statuta ⁊ ordinamenta siue capitula ꝓuisiones ⁊ reformationes locorũ oĩum collegiorũ ⁊ vniuersitatum ciuitatꝭ papie ⁊ district⁹. Et si inuenerit aliqd aliqua seu aliquas factũ facta vel factas esse q̃ faciat vel sit cõtra cõe papie vel ciues ciuitatis papie illud illa vel illas cassare ⁊ cassari facere teneat: ac precipere ne deinceps faciant simile vel similia: ⁊ illud illas ⁊ illa vigore pñtis statuti sint cassa ⁊ irrita ⁊ casse ⁊ irrite. Et q̃ potestates terrarũ ⁊ cõsules locorũ ⁊ villarum districtus papie nullaꝫ habeant iurisditionem vel bailiam vltra quantitateꝫ librarũ quinqꝫ papieñ. in causis ciuilibus.

¶ Qõ traditio quarte vel tertie ⁊ sponsalitij ⁊ lex lombarda de cetero locũ non habeat. Rica.

lxxxv **Item** Statuim⁹ q̃ in aliquo instro dotali de cetero nõ fiat nec fieri debeat aliqua traditio alicuius tertie vel quarte nec spõsalitij. Et q̃ lex lombarda locũ nõ habeat de cetero in ciuitate papie ⁊ territorio ⁊ districtu in aliquo casu in negotijs ⁊ causis futuris. Qõ statutum locum habeat tã in instrumentis dotalibus factis q̃z fiendis.

¶ Qõ mulieres durãte mrimonio nõ possint cõtra creditores mariti vti aliquo tertio pluri: nec augumento dotis.

lxxxvj **Item** Statuimus q̃ mulieres durãte mrimonio non possint vti contra creditores mariti tertio pluri dotis sue: nec aliquo augumẽto dotis cõstitute in re mobili ĩpedire nec ꝓdicere quominus ipsi creditores solutionẽ hẽant de bonis virorũ suorũ: ꝫ ꝓnũciatũ ⁊ ꝓbatũ esset ipsos vergisse ad iopiã. post mortẽ aũt viri sui non noceat nec ꝓiudiciũ faciat ipsi mulieri in dicto tertio seu augumẽto aliqualis obligatio seu alienatio que facta eẽt de bonis viri sui: nisi dicta mulier ipsi obligationi vel alienationi expresse cõsenserit. Et predicta locũ hẽant in ꝓteritis pẽdentibus ⁊ futuris. Addẽtes attamẽ q̃ mulier cõstante mrimonio non possit petere maritũ vergi ad inopiã: nisi prius fecerit fieri cridam sup lapidem altiorẽ curie cõis papie ⁊ in atrio sancti Siri: ⁊ in vicinia dicti mariti sui horis debitis iudicij tertiaꝫ seu vesperaruꝫ: q̃ vult facere ꝓnũciari maritũ vergere ad inopiã: ⁊ siqs vult cõtradicere ꝓparere debeat coram ipo iudice vel officiali coram quo fieri intenditur ꝓcessus ꝓdictus infra decẽ dies tũc prime sequentes: alioquin ꝓcedet ad ipsum ꝓcessum fiendũ. Et facta dicta crida ꝓcedatur ꝓut de iure ⁊ ꝟm formã statutoꝫ ciuitatis papie videbit ꝓcedendum.

¶ Qõ post mortem mariti mulier non possit petere fructus bonorum parafrenalium. Rica.

Item

lxxxvij **Item** Statuimus q̃ post mortẽ mariti mulier nõ possit petere: cõsequi: vel exigere ab heredibus mariti aliquid pro fructibus bonorũ parafrenalium: quos percepit vir in vita sua ipsa patiente ⁊ nõ ꝓdicente.

¶ Quid ⁊ quantum: cuius: ⁊ quibus: restitutio dotis ⁊ tertij pluris fieri debeat soluto matrimonio. Rica.

lxxxviij **Item** Statuimus q̃ quelibet mulier post decessum viri sui post terminũ a iur statutũ hẽat dotem suã ⁊ augumentũ ipsius dotis: ⁊ lucretur tertiũ plus ipsius: qõ tertiũ nõ ascẽdat nec ascẽdere possit vltra libras centum monete currentis tpe soluti mrimonij: ⁊ plus extrahere non possit: ⁊ intelligat tertium plus q̃ duo denarij faciant tres. Si dos fuerit a libris ducentum papieñ. vel ab inde infra. Si vero abinde supra q̃ztacũq̃z sit: hẽat ꝓ tertio pluri dotis libras centũ tantum. Et ꝓdicta locũ hẽant nõ obstante aliquo pacto in instrumento dotali posito: vel lege aliqua in ꝓriũ loquente.

¶ Que intelligantur esse relicta pro camera. Rica.

lxxxviiij **Item** Statuimus q̃ si cõtingat aliquꝫ relinquere seu legare alicui mulieri: vel alteri suã camerã q̃ intelligat reliqsse seu legasse vsumfructũ ipsius camere: ⁊ intelligat camera ⁊ de camera: solũ hec infrascripta lectus fulcit⁹: vꝫ culcidra ⁊ plumaciũ cũ vno coptorio siue cultra parijs duobus linteaminuꝫ ⁊ scrineo vno siue cophino. Item toalias quattuor: toalios quattuor: paria duo pãnorum de vsu ipsius mulieris: ⁊ mutandas ipsius mulieris lini: bacile vnũ: sugatoria tria ⁊ omnes velos ꝓ capite ipsius mulieris. Et hoc si predicta extant tunc in bonis dicti relinquẽtis. in edificio vero ipsius camere nullum ius ꝓpterea acquiratur ipsi mulieri. Et si qua mulier relicta fuerit per virum suuꝫ rectrix ⁊ gubernatrix domina: massaria: dñatrix vel aliquibus seu aliquo mõ ipsorum: q̃ intelligant ei esse relicta solũmõ alimenta pro se.

¶ Qõ maritus nõ possit vxorẽ ipsius heredẽ instituere legare nec relinquere in aliqua vltima volũtate vxori sue: nisi vsumfructũ. Rica.

lxxxx **Item** Statuimus q̃ de cetero aliqs maritus nõ possit vxorẽ ipsius instituere: vel legare: nec relinquere in aliqua vltima volũtate vxori sue nisi vsumfructũ, ꝓprietatẽ aũt alicuius rei relinquere non possit. Sed dicto vsufructu vti nõ possit: nisi honeste ⁊ in viduitate manẽdo: ⁊ thorus viri sui honeste custodiẽdo. Alimenta aũt possit ipse maritus relinquere dicte vxori sue lectum viri sui honeste in viduitate custodiendo: vendere vero nec alienare vxori vel alteri pro ea ꝓstante matrimonio non possit. Et si secus factum fuerit non valeat nec teneat ipso iure.

¶ Usquequo ⁊ qualiter vxor debeat alimentari de bonis viri sui. Rica.

xci **Item** Statuimus q̃ de cetero vxor mortuo viro suo viuẽdo cõiter cũ heredibus viri sui expensis hereditatis viri sui seu expensis heredum suorum: q̃ tunc presumatur cõmuniter viuere cum eis in eadem domo: ⁊ nil possit consequi vel habere pro alimentis. Si autem separatim ab here-

HAYKOBA ЛЮБОВ ОНУ ЛЕНИКОВА

dibus predictis viuat seu viuere velit. Qd tūc dicta mulier pro alimentis su
is: si dos fuerit quantitatis librarum trecentum papien. tantum vel ab inde
infra habeat ⁊ habere debeat ad rationē librarum decem papien., p quolibz
centenario dotis simplicis ipsius mulieris quolibet āno. Si vero dos fuerit
a libris trecentis papien. supra tunc dētur pro alimentis pro primis trecentj
libris libre triginta papienses. Et de reliquo vere dotis quantumcunqz ascē
dat ad rationem librarum quinqz papien. pro quolibet centenario quolibet
anno ⁊ vsquequo dicte mulieri vel habentibus causaz ab ea de dote sua ⁊ iu
ribus dotalibus fuerit satisfactum. Que solutio alimentorum fiat pro medie
tate in principio anni: ⁊ pro alia medietate finitis primis sex mensibus anni
pro rata eius q̄ habere debz ipsa mulier de ⁊ pro dote sua. Et predicta locū
habeant in ꝑteritis pendētibus ⁊ futuris. Et si contingat ꝑtez dotis solui vel
restitui detrahant alimenta pro dote debita pro rata totī summe ad qz ascē
dunt alimenta predicta.

¶ De patre qui prestitit auctoritatem filio nubenti. Rica.

rcij **Item** Statuimus q̄ si pater filio in potestate constituto nubenti suam
auctoritatem vel consensum prestiterit: ipso filio mortuo tenea
tur pater assignare partem contingentem de bonis ipsius patris ipsi quōdā
filio: ad hoc vt dicta pars sit obligata vxori dicti quondam eius filij pro sa
tisfactione dotis sue ⁊ iurium suorum dotalium. Et pars contingens ipsi filio
sit ⁊ esse intelligatur pars pro numero persone ipsius p̄dis filiorum ⁊ filiarum ⁊
nepotum ex filijs premortuis seu ex filio p̄mortuo in stirpes ⁊ non in capita.

¶ De successionibus ab intestato. Rica.

rciij **Item** Statuimus q̄ siquis decesserit ab intestato sine descendentibus
relictis fratre vel fratribus vtrinqz coniunctis: ⁊ fratre vel fra
tribus coniunctis ex parte patris tantum: q̄ omnes pariter veniant ad suc
cessionem fratris defuncti. Si vero reliquerit etiam filios alterius fratris p̄
mortui cōiuncti: vel vtroqz parente vel ex parte patris tantum: q̄ illi filij fra
trum veniant ad successionē patrui sui vna ⁊ simul cuz fratribꝰ sui patrui pre
mortui in stirpem ⁊ non in capita.

¶ Inquantum ⁊ qualiter mater ⁊ auia succedant sine testamento. Rica.

rciiij **Item** Statuimus q̄ siquis vel si qua de cetero decesserit sine testamē
to absqz descendente vel descendentibus: ⁊ absqz patre vel auo:
⁊ absqz fratre vel filio filia vel filijs fratrum: relicta matre vel auia paterna
seu materna, primo tamen mater, secundo auia paterna, tertio materna suc
cedant predicto filio vel filie: nepoti seu nepti sic decedēti in tertia parte om
nium bonorum ⁊ hereditatis predicti defuncti vel defuncte: ⁊ in alijs dua
bus partibus succedant consanguinei paterni: quibus de iure deferreretur
hereditas sine testamēto predicti defuncti: vel defuncte: ita q̄ priores in gra
du primitus admittantur. Si vero aliquis vel aliqua de cetero decesserit si
ne testamento absqz descendente vel descendentibus relictis fratre vel fra
tribus siue filijs vel filiabus fratrum relicta matre vel auia: primo tamen ma
ter: secundo auia succedant filio vel filie nepoti seu nepti sic decedenti in ter
tia

tia parte vsufructus tantum omnium bonorum ⁊ hereditatis dicti defuncti
vel defuncte ⁊ in proprietate dicte tertie partis, ⁊ in alijs duabus partibus
dicte hereditatis succedant predicti frater ⁊ fratres vel filij fratrum in stir
pes ⁊ non in capita.

¶ Qd mulieres maritate non veniant ad successionem cum fratribus nisi
vt infra. Rica.

rcv **Item** Statuimus q̄ sine testamēto insuficieres maritate ⁊ dotate: vel do
tate ⁊ non maritate: ⁊ intelligantur dotate si fuerint maritate de
bonis auitis: paternis: maternis: fraternis: vel filiorum fratris vel in ordine
professe: ⁊ filij ⁊ descendentes ex ipsis mulieribus non faciant partem cum
fratribus in ordine non professis expresse vel tacite in hereditate auita pa
terna materna vel fraterna: neqz in dote materna cum masculis filijs fratruz
non professis. In capilis vero mulieres extantes vel non dotate cuiuscunqz
etatis sint faciant partez: nisi fratres vel filij fratrum masculi nō professi eas
dotauerint vel parati fuerint eas cum effectu dotare ſm qualitatez patrimo
nij: ⁊ personarum. Declarantes q̄ si dicta mulier dotata fuerit vel fuit viuo
auo: sed mortuo patre presumatur dotata de bonis aui: si vero fuerit dotata
viuo patre: presumatur dotata de bonis ipsius patris. Si vero mortuo pa
tre sed viuo fratre mulieris presumatur dotata de bonis ipsius fratris. Et si
patre ⁊ fratre mortuis sed viuo filio fratris dotata fuerit: presumatur dota
ta de bonis ipsius filij fratris: donec per ipsam mulierem contrarium probe
tur: quicunqz casus fuerit ex suprascriptis casibus. Et intelligatur in fratri
bus ⁊ sororibus vtroqz parente: vel ex patre tantuz coniunctis. Predicte ve
ro mulieres in capilis extantes non maritate cuiuscunqz etatis sint volentes
se matrimonio copulare: vel alicui monasterio se dedicare succedant simul cū
fratribus ⁊ filijs fratrū: pro rata sibi contingente de bonis defuncti i vsufru
ctu tantum: quousqz dicta talis mulier velit dotari: ⁊ se matrimonio copulari
quia tunc dotetur vt superius dictum est. Et hoc statutum habeat locum in
preteritis pendentibus ⁊ futuris.

¶ Quod ad successionem decedentis sine testamento prius succedant con
sanguinei. Rica.

rcvj **Item** Statuimus q̄ siquis vel siqua sine testamento decesserit sine de
scendentibus vel ascendentibus ⁊ reliquerit agnatos vel cogna
tos masculos vel feminas ex parte patris: ⁊ similiter reliquerit ex parte ma
tris masculos attinētes vel feminas. Illi qui ex parte patris licet sint vlterio
res in gradu vsqz ad tertium gradum inclusiue de iure canonico prius veni
ant ad successionē illius: quā illi qui sunt ex parte matris: ⁊ intelligant agna
ti ex parte patris: illi qui sunt de prole defuncti ex parte patris.

¶ Quod verbum ab intestato etiam intelligatur in eo qui de iure non po
test testari. Rica.

rcvij **Ad** Tollendū omne dubium quod posset oriri in successione ab intesta
to. Statuimus q̄ vbicunqz in statuto cōmunis papie reperiatur fie
ri mentio de successione ab intestato: vel intestatus: q̄ intelligatur illud ver

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

bū ab intestato etiā in eo qui nō possit de iure cōdere testamentum.

¶ Qd femina maritata possit facere testamentum sine volūtate mariti: sed non alienare inter viuos sine eius voluntate. Rica.

cxviij **Item** Statuimus q̃ femina maritata possit facere testamentū ⁊ codicillos: etiā sine voluntate mariti. Sed inter viuos non possit alienare nec obligare sine licentia mariti ⁊ duorum suorū attinentiū: omniū masculorum: maiorū etate vigintiquinq̃ annorum: ⁊ si non habet duorum suorū vicinorum. Possit tamen constituere procuratorē ad causas etiam sine consensu sui viri ⁊ parentum: ⁊ bona sua in casu illo obligare.

¶ Qd carcerati ꝓ debito publico nō possint impediri. Rica.

cxviiij **Item** Statuimus q̃ aliquis carceratus seu in carcerem cōis papie detentus vel positus ꝓ debito publico vel maleficio: non possit nec debeat vllo modo per aliquem nec ad petitionē alicuius ꝓ aliquo debito priuato saxiri vel aliqualiter impediri. Saluo q̃ si incarceratus seu detent⁹ p̃dictus repertus fuerit extra carceres cōmunis papie: q̃ tunc possit saxiri ⁊ ipediri. Detēt⁹ vero ꝓ debito priuato possit saxiri ad instantiā cuiuscunq̃ volentis alias ipsuz facere detineri.

¶ De emancipationibus fiendis.

Item Statuimus q̃ siquis voluerit emancipare aliquaz personā quā habet in eius potestate: prius teneatur ⁊ debeat cridari facere per preconem cōmunis papie sono tube premisso super lapidem altiorem curie cōmunis papie: ⁊ ex parte alicuius iusdicētis papie: q̃ talis persona vult emancipare talem personam quam habet in eius potestate: ⁊ siquis vult vel intendit ipsi emancipationi se opponere vel in aliquo cōtradicere: debeat coram dicto iusdicente papie infra quartā diem ꝓxime venientem comparere. Alioquin ꝓcedet ad ipsam emancipationē fiendaz absentia alicuius in aliquo non obstante. Et si nemo infra dictū terminū comparuerit cōtradicens: tunc procedatur ⁊ procedi possit in presentia vnius ex iudicibus papie ad dictam emancipationem fiendā. Et notarius cui fuerint rogata instrumēta impositionis ⁊ relationis cride dicte emancipationis fiende teneatur ⁊ debeat tractare instrumentum emancipationis inde subsequende. Et si secus factuz fuerit ipsa emancipatio nulla censeatur.

¶ De illis qui se dedicauerint. Rica.

cj **Item** Statuimus q̃ si aliqua psona ꝓfessa fuerit regulā aliquaz: vel se dedicauerit alicui regule non succedat in hēditate vel bonis alicuius ab intestato.

¶ De venditione non reuocanda. Rica.

cij **Item** Statuimus q̃ de cetero nulla venditio fienda de aliquibus rebus rescindatur vel rescindi possit vel ānullet rōe alicui⁹ ei⁹ qd̄ dici

dici possit ipsaz vēditionē fore factā infra dimidiā iusti precij: vel venditorez fore deceptū vltra dimidiam iusti precij: idem intelligatur in fictis ⁊ locationibus q̃ non possint rescindi.

¶ De roba seu mobilia mulieris restituenda. Rica.

ciij **Item** Statuimus q̃ soluto mr̃imonio morte viri mulieri restituat ⁊ restitui debeat roba seu mobilia data seu cōfessata in instr̃o dotali ipsi mulieri: si extat. Alioqn eius estiatio: nisi sit q̃sūpta dolo vel culpa ipsius.

¶ Que res non possunt saxiri vel derobari. Rica.

ciiij **Item** Statuimus q̃ lecti ⁊ fulcimenta lectorum drappi de dorso que ⁊ quas quis habet ꝓ vsu suo ⁊ familie sue nō possint saxiri derobari vel sequestrari pro aliquo debito publico vel priuato.

¶ De bestijs aratorijs ⁊ vtēsilib⁹ ad laborādū terras nō derobādis. Rica.

cv **Item** Statuim⁹ q̃ nulla bestia aratoria plaustra: aratra: sappe: badilia: nec alia vtēsilia ad laborādū terras siue possessiones possint nec valeant robari nec sequestrari ꝓ aliquo debito publico nec priuato: nec etiaz precepto alicuius iusdicētis: nec virib⁹ preture: nec etiam ꝓ aliquo datio vel gabella etiā ex forma dati alicuius. Et si q̃ trafactū fuerit puniatur seruitor in libris vigintiquinq̃ papieñ. quas si ipse seruitor infra dies. xv. nō soluerit fustiget. Et si rector officialis vl̃ stipēdiarius seu soldaderius ꝓ aliquo debito vel fodro cōis q̃ trafecerit puniatur in libris vigintiquinq̃ papieñ. ꝓ quolibet. Et eidem resisti possit nō obstāte q̃ sit officialis seu se dicat officialem. Et nihilominus officio iudicis incōtinenti restituant expēsis robantis. Et q̃ in quolibet p̃cepto qd̄ fiet de robādo vel sequestrādo ponantur verba que in effectu q̃ tineant: q̃ nō robētur ꝓhibita per statuta cōis papie. Et hoc sub pena iudici librar̃. xxv. papieñ. ⁊ totidem notario qui subscripserit precepto: quarū penarum medietas sit cōis papie ⁊ alia damnū passi: ⁊ nihilominus damnū passus q̃seruetur indemnis per ipsum iudicem. Et iudex ⁊ notarius de hoc possint findicari etiam durante officio ⁊ finito. Et de p̃dictis potestas ⁊ eius iudices ⁊ quilibet eorum teneantur inquirere per officiuz: si sibi denūciatum fuerit. Et predicta non habeant locū in eo qui bestiam vel rez aliquam ex p̃dictis sponte dedisset: nec in dño illius rei seu bestie. Nec in eo q̃ esset dñs ratione massaritij vel possessionis illius psone: vz ꝓ eo debito seu cā de quo seu qua teneretur per instr̃m seu ratione redditiuum vel massaritij: vel q̃ velit bestia siue res illa vendicari: vel si esset mercator: vel conductor bestiarum qui pecuniam recepisset vt operaret negociationē seu emptionē bestiarum: quo casu expediri possit etiam nūdinis non obstātibus nec mercato: nec si bestie essent date occasione socidi: vel societatis illarum bestiarū: nec eo casu quo ipsa bona essent publicata.

¶ De libris cartis ⁊ scripturis non robandis. Rica.

cvj **Item** Statuim⁹ q̃ libri eccl̃ar̃ iur̃ canonici: ciuilis: rōnuz: nec alterius materiei: nec carte nec scripture vllo mō pignorēt nec derobent

pretextu debiti:nec ꝓtumacie siue preceptū sit robandi de bonis:siue viribus pactorūz:sub pena seruitori ⁊ famulis libraꝝ vigintiquinqꝫ papieñ.pro quolibet eorum.Et si contingat aliquo modo sub inuolucro vel alio modo eas pignorari:vel in possessione sediminis vbi sint intrari:nō dentur aliquo modo ei ad cuius petitionez fit pignoratio siue robatio.Sed iudici consignentur si requisitum fuerit seu vbi iusserit:vel in loco tuto ⁊ sub sigillo ⁊ descriptōe dentur:que non habeant locum nisi iussu per iudicem fuerit specialiter.

¶ Qō vestes muliebres ⁊ certa alia non robentur. Rica.

cvij **Item** Statuimus ꝙ vestes muliebres non possint robari:sequestrari: nec in depositu poni pro aliquo debito publico nec priuato:iurante muliere vel ydonea persona pro ea ꝙ sunt ad vsum proprium sui corporis.Idemqꝫ de lecto ad vsum propriū ipsius mulieris:vel ad promiscuū vsu ipsius ⁊ mariti;vel ipsius ⁊ liberorum siue dotale sit siue non dotale. Idemqꝫ descrineo ⁊ scrineis ⁊ alijs rebus dotalibus aut sponsalicijs:seu etiam parafrenalibus.Saluo ꝙ predicta non habeant locum pro proprio debito mulieris occasione pensionis:seu pro debito alimentorum.

¶ Qō cuppi torcularia lignamina affixa ⁊ piole non robentur. Rica.

cviij **Item** Statuimus ꝙ nō possint robari nec sequestrari cuppi qui sunt in tectis:aut preparati ad ponenduz super tecta:nec torcularia nec instrumenta siue vtēsilia ad vsum torcularis:nec lignamina affixa domibus.Et si contrafactum fuerit nō valeat.Idemqꝫ de piolis ⁊ quolibet tigno affixo domibus.

¶ Qō apta ad vsum molēdini nec vtēsilia ad vsuz macinādi non ipediant.

cviiij **Item** Statuimus ꝙ non possint impediri detineri robari nec sequestrari res apte ad vsum molendini nec vtensilia ad vsum macinandi in aliquo ex predictis casibus etiam pro suo speciali debito seu facto. Saluo ꝙ occasione bladi dati ad macinandū ⁊ non redditi:⁊ etiā saluo ꝑ debito qō haberet cum domino molendini.Et si in aliquo predictorum fuerit contrafactum non valeat.Et sic cadat cōtrafaciens in penis cōprehēsis in statuto de vtensilibus ad agriculturam non robandis loquente.

¶ De pena seruitoris ⁊ baruarioꝝ faciētiū ꝯ formā statutoꝝ ꝑdictoꝝ. Rica

cx **Item** Statuimus ꝙ in omnibus suprascriptis casibus in quib⁹ sint ꝑhibite pignorationes derobationes seu sequestrationes certarū rerū de quibus supra fit mentio in suprascriptis capitulis siue statutis:sit pena seruitoribus ⁊ famulis contrafaciētibus in quolibet predictoꝝ casuuz solidorum quadraginta papieñ.pro quolibet ipsorūz:⁊ vltra hoc seruitori standi per vnam diem ad cathenā positaz in curia cōis papie.Et de predictis rebus derobatis pignoratis vel sequestratis stetur sacro pignorati vel derobati: seu eius cuius res sequestrate vel robate sint.Cuius pene medietas perueniat ī pignoratū robatū seu sequestratū:⁊ alia medietas in cōe ꝑꝑ.Et ponat in ceppo.Et iudex maleficioꝝ teneat ⁊ debeat facere exequutōem ea die vel sequenti

sequēti postqꝫ fuerint requisitus:sub pena dupli quātitatis predicte ⁊ piurij applicanda vt supra:⁊ teneatur facere restituere statim derobata sine aliquibus expensis.

¶ Qō predicta statuta non habeant locū in domino ꝓtra massarios. Rica.

cxj **Item** Statuim⁹ ꝙ suprascripta oia statuta que ꝑhibēt aliqua pignora pignorari non habeant locū in dño contra massarios.

¶ Qō nemo possit defendere bona sibi obligata:nisi ꝑ quantitate debiti sui veri ⁊ iusti. Rica

cxij **Item** Statuimus ꝙ aliquis creditor aliquarūz rerum obligatarū non possit nec valeat dictas res defendere occasiōe debiti sui vel obligationis:nisi vsqꝫ ad quantitatem debiti sui veri ⁊ iusti versus aliquem alium creditorem.

¶ Qō propter absentiam decem annoꝝ mariti vxor possit recuperare dotē suam ac si probasset maritum vergisse ad inopiam. Rica.

cxiij **Item** Statuimus ꝙ si marit⁹ alicuius mulieris stetit vel steterit absens per decē annos ꝓtinuos:ꝙ eo casu vxor eius possit ⁊ valeat recuperare dotem suam perinde ac si legitime ꝑbasset predictum maritum suum vergisse ad inopiam.Et eidem vxori fiat ius summariū summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij.Et de dicta absentia sufficiat fidem fieri ꝑ vocē ⁊ famam quattuor testium bone fame ⁊ opinionis.

¶ Qō carcerati se obligare possint. Rica.

cxiiij **Item** Statuimus ꝙ carcerati possint cōfiteri ⁊ promittere:ac se ⁊ sua bona obligare in presentia domini potestatis papie vel vnius ex iudicibus suis ⁊ duorum suorum propinquorū parentum maiorum etate annorum triginta pro quolibet ipsorum:si eos habz:⁊ si eos non habet duorum vicinorum maiorum dicta etate.

¶ De animali morboso. Rica.

cxv **Item** Statuimus ꝙ si aliquod animal decesserit infra sex menses postqꝫ alienatum ⁊ tradditū fuerit:⁊ repertū fuerit habere morbum pulmonarie:presumatur mortuū ex illo morbo:⁊ locū habeat redhibitoria.

¶ Qō quilibet contumax possit appellare. Rica.

cxvj **Item** Statuimus ꝙ siquis condemnatus fuerit tanqꝫ contumax in nō veniendo:ꝙ liceat ⁊ possit ab ipsa sententia appellare:dūmodo alias aliquo iure preterqꝫ per contumaciaz non sit prohibita appellatio.

¶ Qō prestetur fides ⁊ adhibeatur instrumento scripto per quēcunqꝫ notarium:⁊ subscripto per illum qui rogauit. Rica.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cxvij **Item** Statuimus q̃ fides adhibeat̃ ⁊ stetur instr̃o scripto manu cuiuscunq̃ notarij: dūmodo scriptū sit iussu illius cui rogatū vl̃ iussuz fuerit: vel cui breuiaria vel ꝓthocola alicuius comissa fuerint: ⁊ credat̃ iussu illius notarij scriptum esse: qui se in ipso instrumēto subscripserit.

¶ Qd̃ fides adhibeat̃ relationi seruitoris cōis papie de qua relatione appareat publicum instrumentum. Rica.

cxviij **Item** Statuimus q̃ stetur ⁊ fides adhibeat̃ relationi cuiuscūq̃ seruitoris cōis papie si de ea relatione constet publicum instr̃m: vel in actis cuiuslibz iusdicētis: nisi in casibus in quibus debet precedere impositio ꝑm formam presentium statutoꝝ.

¶ De modo ⁊ forma obligandi filiūfamilias: minorem: ⁊ in potestate alterius constitutum. Rica.

cxviiij **Item** Statuimus q̃ si aliqua persona que sit tpe ꝙtractus distract⁹ vel quasi minor etate annoꝝ vigintiquinq̃ nisi pronunciatus fuerit maior etate annoꝝ decem ⁊ octo ꝑm formā statutoꝝ cōis papie: ⁊ aliqua persona que sit tempore cōtractus distractus vel quasi filius vel filia familias: ⁊ aliqua persona que sit tempore ꝙtractus distractus vel quasi in potestate alterius: nō possit nec valeat se vel bona sua obligare alicui alteri in cōtractu aliquo vel distractu vel quasi: nisi cuz auctoritate potestatis papie vel eius iudicis ⁊ duoꝝ suoꝝ parentū masculoꝝ maioꝝ etate triginta annoꝝ pro quolibet si eos habet: ⁊ si non habet: eoꝝ loco duoꝝ suoꝝ vicinoꝝ dicte etatis. Et hoc si dicta persona fuerit in ciuitate papie vel burgis ipsi ciuitati adherētibus. ⁊ Si aūt fuerit in territorio vel districtu in aliqua terra: idē seruetur fiat ⁊ sit vt supradictū est. Sed tūc loco potestatis vel sui iudicis sit rector illius terre si rectorē habz presentē: ⁊ si nō hz vel nō est presens eius loco adhibeant̃ duo vicarij vel ꝙsules dicte terre ⁊ nihilomin⁹ vt supradictū ē. ⁊ Et suprascripta locū nō hēant in psona nec psonis forēse nec forensib⁹ nō subditis cōi papie: aliter q̃z rōne ꝛctus qui p eos fieri ꝙtingat in ciuitate vel districtu papie: quo casu volumus ius cōe debere obseruari tm̄. Nec in aliquo ꝛctu distractu vel quasi qui fieret p aliquā ex suprascript] psonis cum ꝙsensu patris sui vel aut: vel qui fieret cū aūcte sui curatoris vl̃ tutoris: nec in ꝛctu dotis, sponsaliū, vel matrimony: quibus casibus valeat cōtractus de iure: possit tm̄ persona cōtrahens petere se restitui aduersus talez ꝛctum: si de iure cōpetit restitutio. Hcā autem auctoritas quocūq̃ loco ⁊ tēpore etiaz feriato etiā in honorē dei: ⁊ ēt non sedendo possit interponi: ⁊ sic interposita valeat dictis non obstātibus. ⁊ Et predicta locum nō habeāt in filiofamilias qui stet separatus a patre: ⁊ qui gerit ⁊ ꝛbit per se tanq̃z separatus a patre: quo casu possit se obligare ēt sine ꝙsensu patris: ⁊ absq̃z solēnitate predicta: dūmodo sit maior etate annoꝝ vigintiquinq̃z vel ꝓnunciatus maior decem ⁊ octo annis.

¶ De causis cōmunis papie. Rica.

cxx **Item** Statuimus q̃ in his que debent̃ cōmuni papie vel habenti cām a dicto cōi sit in arbitrio cōis vel agentis ꝑ eo vel habentis cām ab eo cōi vti via ꝑsentiuz statutoꝝ seu alia expeditiori via si q̃ in statutis cōis papie

papie comprehēdatur seu alijs iuribus suis.

¶ De lucris matrimonialibus. Rica.

cxxj **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ mortua vxore in matrimonio maritus lucretur dotem in totum. s. in casu eidem viro ex ipsa non existentiū liberoꝝ. Et in casu existentiuz liberoꝝ: q̃ztum ad vsūfructuz tantuz: ipsis liberis ꝓprietate reseruata. Que in eos eorūq̃z heredes quoscūq̃z perueniat ⁊ peruenisse intelligatur ipso iure: etiam si de eorz expressa voluntate non appareat: nisi expresse renūciauerit. ⁊ Et q̃ mortuo viro in matrimonio vxor lucretur tertiū plus dotis de bonis viri ⁊ nō plus: loco tertie vel quarte antiquitus debite: seu donationis ꝓpter nuptias: qd̃ tertiuz plus sit ⁊ esse intelligatur ꝑm formā statutoꝝ cōis papie: ⁊ nō aliter nec alio modo. Et q̃ mortuo prio viro ī matrimonio possit mulier scdo nubere: ⁊ dicte mulieri liceat ex primo viro liberis existētib⁹ dare ⁊ tradere scdo viro ⁊ deiceps in dotē dictā dotem primo viro datam: seu quam confessus fuit recepisse ⁊ dictum tertium plus: absq̃z eo q̃ ꝓpterea cogat̃ alicui ex ipsis vel aliquo eoꝝ aliqd̃ reseruare dare vel restituere: ⁊ absq̃z eo q̃ ꝓpterea ex ipsis aliquid reuocet̃. Addētes q̃ a dicto scdo viro ⁊ deinceps ꝑmortuo in matrimonio dicta mulier possit ⁊ debeat recuperare consequi ⁊ habere dotem dicti secūdi matrimonij ⁊ deinceps ⁊ tertium plus vt supra de primo matrimonio dictum est. Qd̃ statutum locum habeat seruetur ⁊ trahatur ad preterita pēdentia ⁊ futura. ⁊ Saluo q̃ si aliqs maritus de cetero occidet vel occidi faciet vxorē suā: q̃ dos reuertat̃ ad patrē si extat vel ad fratres si pater nō extat dicte vxoris occise ⁊ pie ⁊ fratrib⁹ nō existētibus: reuertat̃ ad matrē ⁊ sorores ipsius vxoris: etiaz si in predictis casibus extarēt filij vel filie ex ipsa vxore occisa eiusdē matrimonij: deficiētibus vero ꝑdictis defferat̃ parentib⁹ in gradu primiorib⁹ ꝑm formā iuris ⁊ statutoꝝ cōis papie. ⁊ Si vero extarent filij vel filie ex ipsa vxore occisa ex alio matrimonio: ipsi filij ⁊ filie oībus alijs preferantur.

¶ De consulibus ad actus voluntarios eligendis. Rica.

cxxij **Item** Statuimus vt singulaꝝ personarū negocia facilius expediant̃. q̃ per duodeciz sapientes factis ⁊ negocijs cōmunis papie ꝑsidentes sex boni viri qui sint iudices vel ꝓcuratores vel mercatores ⁊ qui habeant in eorūz bonis libras duo milia ad minus: ⁊ ꝑsumant̃ habere si fuerint prudētes litterati ⁊ in cāis experti delato eis sacro de debite ⁊ legaliter eoꝝ officio exercendo eligant̃ de cetero oī anno de mēse madij in ꝙsules cōis .ꝑꝑ. ad busolas ⁊ balotas. Et q̃ ipsi ꝙsules oēm hēant voluntariā iurisditionem possint q̃ ipsi ⁊ quilibet ipsoꝝ insolidū hoīes de qualibz etate ꝓnūciare: tutores ⁊ curatores dare ⁊ etiā ꝙfirmare: decreta ⁊ aūctes interponere emancipationibus ⁊ donationibus ⁊ renunciationibus mulieꝝ qualescūq̃z fient presentes eē easq̃z approbare ꝙfirmare recipere ⁊ exercere: ⁊ omnia alia facere que voluntarie iurisditionis existāt. Addētes q̃ qui fuerit ꝙsul hinc retro nō possit esse consul vsq̃z ad quadrēniuz a tpe quo cessauit: ⁊ sic in futuruz semp seruetur: ⁊ q̃ aliquis ꝙsul non possit rogare aliquod instr̃m vbi interposuerit auctoritatez suaz. Et si aliter fuerit factum nō valeat electio nec instrumentū ipso iure. Et q̃ tēpore dicte electionis non possit eligi aliqs de numero duodecim: ⁊ si electus fuerit non valeat similis electio.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНМУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ In quo casu per maritum possit legari vxori. Rica

cxxiij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ si maritus in sua vltima volũtate ordinauerit seu dederit vxorem suam tutricem vel curatricẽ filio vel filijs vel filiabus vel liberis vtriusq̃ sexus: ⁊ disposuerit q̃ ipsa vxor non teneatur ad rationez reddendam seu inuentariũ conficiendũ de administratione dicte tutele vel cure: seu de gestis: omissis: ⁊ neglectis: seu male gestis: ⁊ eidem vxori ꝓpterea legauerit omne id in quo ipsa damnificaret occasione male administrationis dicte tutele q̃ illud tale legatum valeat: etiam quo ad ꝓprietatem in dicto casu: quẽadmodum de iure cõi valeret statutis cõmunis papie in aliquo non obstantibus.

¶ De aliquo opere cõis ad faciẽdum nõ incantãdo p aliquẽ ex officialibus.

cxxiiij **Item** Statuimus q̃ nullus officialis cõmunis papie ⁊ nullus de familia ipsius officialis per se vel per alios possit incantare seu ad faciendum vel fieri faciendũ accipere aliquod opus seu laborerium cõis papie. Et si contra factũ fuerit ipso facto incurrat penam quinquaginta librarũ papien. soluendaꝫ cõi papie. Et q̃ teneatur ad restitutionẽ totius eius qd̃ recepisset occasione dicti laborerij: ⁊ intelligat donasse dicto cõi papie omne illd̃ qd̃ expendisset in faciendo vel fieri faciẽdo opus ⁊ laborerũ antedictum. Et potestas papie dictas penas teneat exigere vinculo sacramenti.

¶ De vno libro fiendo occasione incantuum cõis papie. Rica.

cxxv **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ fiat ⁊ ordinet vnus liber siue registrum in quo scribant omnia pacta ⁊ cõuentiones cuiuscũq̃ dacij seu gabelle cõis papie per se: qui liber sit ad sacristiã siue ad camerã rationalem cõis papie. Ita q̃ de ipso fiat copia cuilibet videre volenti per hãtes seu tenentes claues dicte sacristie seu camere rationalis. Que pacta ⁊ cõuentiones super quolibet datio seu gabella examinent. Et si expedierit corrigantur ⁊ emendentur quolibet anno per aliquos ꝓuidos ⁊ idoneos viros eligẽdos ad hoc per. d. potestatẽ vel eius vicarium ⁊ duodecim sapientes p̃sidẽtes negocijs cõis papie p vnũ mensem anteq̃ ipsa datia seu gabelle vendant seu subastentur. Et q̃ anteq̃ venditionẽ seu subastationem faciant dicta pacta ⁊ conuentiones legantur ⁊ publice diuulgentur semel ⁊ pluries: ita q̃ nota sint cuilibꝫ emere volenti in loco venditionis seu subastationis. Et dñs potestas papie qui est ⁊ qui pro temporibus fuerit teneatur predicta exequutioni mãdare ⁊ facere obseruari.

¶ Qd̃ sententie lecte per notarium valeant. Rica.

cxxvj **Item** Statuimus ⁊ ordinauim⁹ q̃ quecũq̃ sentẽtie diffinitiue ⁊ iterlocutorie iudicũ seu arbitroꝝ vel arbitri seu arbitratoꝝ ⁊ amicabilium cõpositoꝝ leganꝫ p notarios eo pñte ⁊ ꝓsentiẽte qui sñiam ꝓferre seu laturus est nihilomin⁹ aliqua sit valeat ⁊ teneat ac si p ipm̃ iudicẽ ⁊ arbitros seu arbitrũ ⁊ arbitratorẽ ⁊ amicabiles compositorẽ lata fuisset.

¶ Qd̃ cõitas loci possit compelli ad archam faciendum. Rica.

¶ Item

cxxvij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ si aliqd̃ cõe loci burgi ville vel castri vel alia vniuersitas debeat aliqd dare vel facere alicui: ⁊ dicta vniuersitas monita nõ satisfecerit dicto creditori de eo qd̃ dare vel facere tenetur eidẽ: q̃ remedijs p̃torijs sũmarie de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij dicta cõitas ⁊ singulares p̃sone de ipsa vniuersitate vel cõitate cõpellant per quecunq̃ iusdicentẽ cõis. p̃p̃. qui de hoc fuerit requisitus ad petitõez cuiuslibet creditoris ad faciendũ archã cõem vsq̃ ad ꝓcurrentẽ q̃ztitatez de eo qd̃ dare vel facere tenet: ita q̃ dicto creditori de dicto suo debito ĩtegre satisfiat. Quã archã cõem si post monitionẽ eis factã infra. xv. dies ꝓxime subsequentes dicta cõitas ⁊ singulares p̃sone non fecerint: tũc quelibet singularis p̃sona cõitatis ipsius capiat ⁊ detineat: ⁊ ꝓtra eã ⁊ eius bona alijs remedijs ꝓuideat donec ipsa archa cõis facta fuerit: vel donec ipsa singularis p̃sona detenta soluerit creditori p̃dicto quicqd dicta cõitas dare vel facere teneat. Et de eo qd̃ soluerit ꝓtra ipsam cõitatem actionẽ habeat ⁊ regressum.

¶ De his qui non possunt esse parochiani. Rica.

cxxviij **Item** Statuimus ⁊ ordinauim⁹ q̃ iurisperiti de collegio iudicũ ciuitatis. p̃p̃. phisici: cirurici: ⁊ ꝓcures artẽ ꝓcure publice ⁊ ꝓtinue exercẽtes: ⁊ magri grãmatice: nõ possint nec debeãt esse nec eligi nec ꝓstitui parochiani: nec possint cõpelli ad exercẽdũ in aliqua ꝓchia ꝓchionat⁹ officium.

¶ Qd̃ ciues debeant venire ad habitandũ in ciuitate papie. Rica.

cxxviiij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ quilibꝫ ciuis ciuitatis. p̃p̃. intrinsecus seu forẽsis descriptus in estimo in ciuitate papie qui de cetero habitauit in districtu papie habẽs in bonis valimẽtũ florenoꝝ mille vel ab inde supra teneat ⁊ compelli possit p dominũ potestatẽ papie omnibus iuris remedijs venire ad habitandũ in ciuitate papie aliqua parte ãni cũ familia a festo cuiuslibet anni sancti Martini vsq̃ ad tres menses ꝓxime subsequentes. Et qui contrafecerit seu venire neglexerit incurrat in penam librarũ quinquaginta papien. pro singulo anno: que pena veniat applicanda pro medietate cõmuni papie ⁊ pro alia medietate accusatori. Et predictum statutum sit ⁊ esse debeat derogatorium omnibus alijs statutis prouisionibus ⁊ decretis in contrarium facientibus seu loquentibus. qd̃ statutum. d. potestas papie infra tres menses post publicationem presentium statutoꝝ teneatur notificari facere per preconem ciuitatis papie.

¶ De modo procedendi in causis cõis papie. Rica.

cxxx **Item** Statuimus ⁊ ordinauim⁹ q̃ in cãis cõis papie pro ipso cõi motis ⁊ mouẽdis: ꝓcedatur: cognoscat: diffiniatur: ⁊ exequutio fiat sũmarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ q̃ tpa statuta a lege seu a statutis cõis. p̃p̃. sibi nõ cucurrerint nec currãt: nec ĩ ipsis causis locũ hũerint nec habeant. Sed potuerint ⁊ possint iusdicẽtes ad ipsorũ arbitriũ vltra tp̃s quod diceretur fuisse vel esse instantie seu instantiaꝝ ipsarũ causarũ ad sentẽtias procedere. Et q̃ snie que vltra ipsa tẽpora late fuerint valeant ⁊ teneãt ⁊ exequutioni mandent: quẽadmodũ si intra tpa dictaꝝ instantiaꝝ late essent alijs statutis cõis. p̃p̃. tractãtib⁹ de ꝓcedẽdo in quacũq̃ cã siue principali siue

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

appellationis siue nullitatis seu ad arbitrium boni viri reductionis seu in integrũ restitutiõis: ⁊ alijs quibuscũq; ⁊ cuiuscũq; maneriei non obstantibus. Addentes ꝙ aduersus omnem ꝓtractũ iudicialez actuz sententie omissum ⁊ neglectum possit dictum cõe papie in integrũ restitutionez petere: ⁊ omni tpe etiam vltra quadrienniuz: ⁊ beneficio huius statuti aduersarij cõis papie in dictis causis vti non possit.

¶ Nõ p pacta creditoꝝ quouismõ seu licẽtie aut facultates vẽdẽdi vel aliq̃liter aliena ndi sup aliquib⁹ rebus imobilib⁹ de cetero locũ nõ hẽant. Rica.

cxxxj **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus ꝙ pacta creditoꝝ quouismõ seu licẽtie aut facultates vendendi vel aliqualiter alienãdi que ⁊ quas creditores habent vel habebunt in ⁊ super aliquibus bonis imobilibus aut eorum iuribus amodo nõ valeant nec teneant nec habeãt roboris firmitatez siue facta sint siue fiant in ciuitate vel episcopatu papie siue extra vbicunq;: ⁊ siqua venditio vl' alienatio aliquoꝝ bonoꝝ immobiliũ vel iuriũ eoꝝ vigore pactoꝝ predictoꝝ licẽtie vel facultatis: vel ex lege fiat siue in ciuitate vel episcopatu vel territorio papie: siue alibi vbicunq; nõ intelligat ex tali venditõe vel alienatione esse nec sit translatũ dñium nec possessio etiã traditõe sequuta vel alio qõ alias loco traditiõis habeat: nisi ipsa possessio vere ⁊ realiter eẽt penes vendentẽ vel alienãtez: quo tm̃ casu ipsa possessio transeat seu possit transire. Insuper nec de eis ius reddat ac si talia pacta licẽtie ⁊ facultates facta aut apposita non fuissent: aut alias ex lege vendere vel alienare non licuisset: quinetiam quãtuz ad id dñs potestas papie ⁊ quilibet eius iudex ⁊ oẽs per tempora ius reddentes in ciuitate papie ⁊ episcopatu seu territorio nullã iurisditionez habeãt nec habere intelligant. Et hec oĩa nisi in p̃iudiciuz expsse ꝓscentiẽtiũ tpe talis venditionis seu alienatõis in ipsa alienatõe: vel postea p publicũ instr̃m. Et huic statuto renũciari nõ possit etiaz per sacr̃m vel pactũ: nec aliquo alio mõ. Et p̃dicta locũ habeãt etiã in litibus seu ĩ causis vel questionibus ẽt pendentib⁹ p appellationẽ vel querelaz seu alio mõ. ¶ Item ꝙ si qua venditio seu queuis alienatio alicuius rei imobilis aut eius iur̃ facta sit vel reperiat hinc retro a tempore adepti dñij ciuitatis papie per prefatũ dñz nostruz ⁊ recolende memorie dñi Galeaz vicecomittis genitorẽ suum in ciuitate ẽpatu seu territorio papie vel extra quocunq; loco p aliquẽ creditorẽ vel ab eo cãm habentẽ vigore pactoꝝ licentie seu facultatis sibi ꝓcessoꝝ in qua ⁊ pro qua eius tpe fuerit lesio seu deceptio re ipsa vel alio mõ in dimidia vel vltra dimidiã iusti precij seu estimatõis vel eius precium ꝓuentũ: vel quod loco rei taliter alienate datũ est seu dari ꝓuenit aut valorẽ rei vendite vel alienate tunc fuerit duplũ vel vltra veri crediti p quo seu cuius vigore facta reperiat venditio vel alia queuis alienatio: ꝙ per talem venditionẽ seu alienationẽ ⁊ sequuta exinde nõ intelligat esse nec sit translatũ dñium nec quasi: ⁊ dictis causis predicta pacta licentie ⁊ auctoritates: vsq; ab initio p̃ non factis ⁊ nõ appositis: ⁊ non ꝓcessis penitus habeant. ⁊ hoc nisi in p̃iudiciuz eoꝝ qui expresse ꝓsenserint tẽpore talis venditionis seu alienatõis in ipsa vẽditione seu alienatione vel postea ⁊ suoꝝ heredũ: de quo expresso ꝓsensu legitime constet ⁊ ad eius suũ ꝓsequendũ quilibet admittat etiã nõ obstante aliqua sententia hinc retro pretextu talis venditionis seu alienatõis lata dũmodo aliud iuridicum nõ obstat. Et predicta seruent̃ in omnib⁹ causis ꝓtrouersijs questionibus etiaz pendentibus per appellationẽ restitutionẽ vel querelam vel alio

quouismodo

quouismodo. Et predicta omnia locum hẽant ⁊ seruent̃ per quẽcũq; ⁊ inter quoscunq; in iudicijs ⁊ extra. Nõ obstantibus aliquibus statutis p̃uisionibus iuribus cõmunibus vel specialibus vel ordinamẽtis in p̃riũ loquẽtibus.

¶ Quomodo ⁊ qualiter debeant compartiri onera cõmunis papie tam per ciues ciuitatis q̃z per habitantes foris ipsam ciuitatem. Rica.

cxxxij **Ad** Tollendũ ⁊ euitandũ qõnes ⁊ querelas que sunt oriunt̃ ⁊ quottidie fiunt inter ⁊ per ciues ⁊ districtuales ciuitatis papie occasione onerum que quottidie cõtingunt imponi ipsis ciuibus ⁊ districtualibus ĩ quo loco debeant sustinere ⁊ qualiter debeant compartiri: vt equalitas in ipsis sustinendis quãtũ possibile sit obseruetur. Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ illa onera ordinaria que de cetero cõtingẽt imponi super estimo ad rationez solidi ⁊ solidorum seu libre p libra estimi sustineant̃ per oẽs personas descriptas in estimo in eo loco porta ⁊ parochia: in quo ⁊ qua reperient̃ esse descripte: siue ibi habitent siue non tpe impositionũ ipsorum. Et intelligantur illa onera ordinaria que imponuntur ciuibus ⁊ districtualibus per lr̃as domini nostri simul ⁊ semel tam in ciuitate q̃z in districtu: cetera vero intelligantur extraordinaria. Alia vero onera extraordinaria que de cetero imponi contingent ĩ ciuitate papie sustineant̃ per personas habitantes tempore hyemali in ciuitate papie: ⁊ burgis pertinẽtibus ad ipsam ciuitatem. Et intelligant̃ habitare in ciuitate papie si ibi habitauerit a festo sancti Martini vsq; ad tres mẽses proxime subsequentes. Illa vero onera extraordinaria que cõtingẽt imponi in districtu papie sustineant̃ tantum in eis locis in quibus cõtingent ea imponi p habitantes in dictis locis tpe hyemali cuz familijs suis cuiuscunq; cõditionis existant siue ibi sint estimati siue non. Et intelligantur ciues forenses illi qui habitauerũt in hyeme, prime preterita in districtu papie ⁊ sic qui de cetero habitabunt vz a dicto festo sancti Martini vsq; ad tres menses, prime subsequentes. Castellani vero existentes ciues teneantur solum cũ ipis cõmunitatibus ad infrascripta onera vz ad expensas fortiliziarum fortificãdarum: refectionẽ pontiũ ⁊ stratarum ipsarum terrarum ⁊ fideiussiões prestandas pro ipsis fortilizijs: que onera extraordinaria imposita tam illis de ciuitate q̃z illis de districtu cõpartiantur ⁊ diuidantur inter habitantes vt supra: videlz due partes pro auere ꝙm quantitatem estimi cuiuslibet persone ⁊ alia tertia pars sup persona seu capite tantum. Et intelligatur esse vnum caput seu vna persona tantum quantum ad sustinẽdum dicta onera personalia etiam si in vna domo sint plura capita seu persone non excedentes numeruz duorum capitum. Si vero excedunt numerũ duorum capitum computentur pro duabus personis ⁊ capitibus tantum quotquot sint maiores decem ⁊ octo annis ⁊ minores septuaginta: ⁊ dũmodo stent ad vnum panem ⁊ vnuz vinum: ⁊ estimum ꝓmune habeant. Et si aliquis bubulcus camparius castaldus porcharius pastor vel familiaris alicuius persone habitauerit per se in ciuitate vel burgis papie: vel in aliquo loco castro vel villa districtus papie cum familia sua: ipsa talis persona debeat estimari in eo loco in quo habitat vel habitabit: ⁊ estimatus teneatur soluere ⁊ sustinere omnia onera taz pro auere q̃z pro persona vt supra continetur. Non obstante aliquo statuto cõmunis papie vel prouisione in contrarium loquẽte quibus per presens statutum derogatum est. Et maxime non obstante statuto posito in volumie statutorũ cõis papie qõ incipit. Itẽ statuim⁹ ꝙ aliqs ptãs officialis seu rector

HAYKOVY IMENNYKY BIBLIOTEKA OHY IMENNYKIV

vel aliqua cõmunitas non possit nec debeat cõstringere aliquem bubulcũ ꝛc. dũmodo non sint persone que habeant imunitatem. Et si aliqua persona descripta in estimo in ciuitate papie: vel in aliquo castro villa vel burgo iuerit vel de cetero ibit ad habitandum in aliquo castro villa vel burgo quod que vel qui habeat imunitatem vel gratiam seu non sustineat onera vel factiões cum cõmuni papie: ꝗ illa talis persona sic descripta in estimo possit ꝛ debeat compelli omnibus iuris remedijs ad sustinendum omnia onera ꝛ factiones in eo loco in quo descripta est in estimo pro auere ꝛ persona vt supra continetur. Custodie vero nocturne ꝛ diurne ꝛ salaria potestatuꝫ diuidantur per capita tantum ꝛ non pro auere. Et capita intelligantur vt supra maiores decẽ ꝛ octo annis pro quolibet capite ꝛ minores septuaginta.

¶ De modo conducendi aquas ꝛ faciendi conductus. Rica.

cxxxiij **Item** Statuimus ꝛ ordinamus ꝗ quilibet volens conducere seu conduci facere aquam cui iurisditio ipsius aque competat: ꝗ eam conducẽ seu conduci facere possit ꝛ valeat ꝛ licituꝫ sit cauando clusas ꝛ alia necessaria faciendo prout dicto cõducere volenti videbitur per terras ꝛ possessiones consortum seu vicinorum adminus tamen damnum ambarum partium: cum hac conditione ꝗ vti volentes cõmodo aque currentis inquantuꝫ iurisditio ipsius aque competat ipsis teneantur ꝛ debeant conferre ad ipos sumptus necessarios pro ipso conductu construendo pro rata quod iustũ fuerit ꝛ arbitrabitur per personas expertas. Si autem ipsa aqua vti nolent vel non possent ꝗ pro damno quod paterentur pro eorum terris ꝛ possessionib⁹ p quas fierẽt p̃dicta occasione cõductus ipsius aque prouideatur ꝛ satisfiat eisdem vt indemnes conseruentur de valore terrarum que eis occupabuntur arbitrio duorum vel plurium virorum expertorum in talibus per partes eligendorum. Ita tamen ꝗ vigore presentis statuti in preiudicium alicuius cõductus aque facti causa adaquãdi aliqua predia non possit aliquid inouari.

¶ Quod inuentariuꝫ ꝛ beneficiũ inuentarij de cetero non hẽat locũ. Rica.

cxxxiiij **Item** Statuimus ꝗ de cetero in ciuitate papie eiusꝫ districtu in futuris heredibus non hẽat locum inuentariuꝫ nec beneficium inuẽtarij ꝛ legis scimus. C. de iure deliberandi.

¶ De cessione iuriũ ꝛ donationib⁹ nõ fiẽdis nisi seruata certa forma. Rica.

cxxxv **Ut multis** Fraudibus obuietur que sepe cõmittuntur in iurium cessione prouida deliberatione statuimus: ꝗ cũ per aliquam personam cõmune collegium ꝛ vniuersitatem continget in futurum fieri alicui aliquam iuris cessionem aliquo titulo ꝗ non aliter valeat nec teneat cessio iurium ipso iure: nisi cedens iuret proprio sacramento debitum de quo cessionem facit verum esse in toto vel in parte quam cedit: ꝛ ꝗ de eo non est facta aliqua solutio nec satisfactio vel compensatio. Sed re vera debitor contra quem cedit est verus debitor. Item ꝗ nec illud fuit debitum simulatum siue instrumentum factum simulate: nec propter aliud ꝗꝫ occasione veri debiti. Et ꝗ acquirens etiam titulo aliquo cessionem dictorum iuriuꝫ prestet simile sacramentum ꝗ credit illud quod acquirit esse verum debituꝫ: ꝛ instrumentũ

mentum illud fuisse verum ꝛ non simulate vel ficticie factum. Et si cessio fuerit facta titulo emptionis: ꝗ pecunia numeretur in presentia coraꝫ testibus ꝛ tabellione: ꝛ ꝗ iurent ambe partes videlicet cedens ꝛ emens vel acquirens ꝗ illa pecunia vere numeratur animo ꝛ intentione ꝗ sit vere cedentis ꝛ recipientis pecuniam: ꝛ ꝗ vere penes eum debeat remanere: non autem reddi debeat numeranti siue acquisitori vel emptori vt sepe ꝛ sepius fieri solet. Si vero facta fuerit titulo donationis: ꝗ tunc vltra predicta teneantur partes iurare ꝗ nulla quãtitas pecunie data vel numerata est vel est danda vel numeranda in futurum occasione talis cessionis. Et si quo tempore repertum fuerit contrarium: vel ꝗ instrumentum de quo facta fuerit cessio fuerit simulatum vel non verum: vel ꝗ debitum fuerit solutum vel pro eo aliter satisfactuꝫ ꝛ sic de periurio contrahentes possint merito conuinci: ꝗ ille qui apparebit periurus puniatur in duplum quantitatis in cessione comprehense: cuius medietas perueniat in debitoreꝫ contra queꝫ facta est cessio: ꝛ alia perueniat in cõmune papie. ¶ Predicta autẽ non habeant locum in cessionibus que fieri contingent inter coheredes diuidentes bona ꝛ iura hereditaria: quia illa trãseant inter eos talia qualia sunt absq̃ solemnitate predicta ꝛ ꝯ formam iuris cõmunis: nec habeant locum predicta in cessionibus iur̃ que fiunt in contractu venditionis donationis vel permutationis rerum ĩmobilium: que cessio fit in consequentiam contractus preambuli facti super. d. re ĩmobili. Quod autem dictum est de cõmuni collegio vel vniuersitate cedente vel cessiõeꝫ recipiẽte ꝗ iurare debeant: sufficiat iurare rectores seu cõsules vel sindicos dicte cõitatis collegij vel vniuersitatis.

¶ Qõ quis non intelligatur heres intrando domum defuncti ꝛ habitando in ea vsq̃ ad septimas. Rica.

cxxxvj **Item** Statuimus ꝗ habitando quis vel intrando domuꝫ defuncti vsq̃ ad tempus septimarum non intelligatur esse heres nec adiuisse hereditatem: dũmodo non attingat aliquid aliud preterquam funerum ꝛ exequiarum occasione.

¶ Qõ verba summarie ꝛ de plano sine strepitu ꝛ figura iudicij cõprehensa in statutis intelligant ꝯm clemẽ. sepe extra de ver. signi. Rica.

cxxxvij **Item** Statuimus ꝗ verba summarie ꝛ de plano sine strepitu ꝛ figura iudicij cõprehẽsa in statutis cõis papie: intelligant ꝯm clemẽ. Sepe. extra de verborum significatione.

¶ Qõ nullus officialis cõmunis papie qui fuerit in officio in ciuitate papie possit esse vel exercere aliquod officium in ciuitate infra tres annos finito dicto officio. Rica.

cxxxviij **Item** Statuimus ꝛ ordinamus ꝗ de cetero in ciuitate papie aliquis potestas dicte ciuitatis papie non audeat vel presumat habere seu tenere aliquem iudicem scholasticum qui vadat ad scholas ad audiendum aliqua iura ciuilia vel canonica: nec etiam audeat vel presumat tenere aliquem officialem vel baruarium ciuem vel districtualem ciuitatis papie: vel aliquem alium qui fuerit vel steterit officialis vel baruarius seu exer/

HAYKOВА ПОЛТАВА ОНУ ім. В.Г. МАРТИНИКОВА

cuerit aliquod officium in dicta ciuitate per tres annos ante introitum regi/
minis talis potestatis. ⁊ si contrafactum fuerit talis potestas qui tales iudi/
ces officiales vel familiares tenuerit cadat in penam ipso iure ⁊ facto libra
rum centum papiensium pro qualibet vice cõmuni papie applicandarũ pro
medietate: ⁊ pro alia medietate accusatori: ⁊ teneatur secretꝰ: ⁊ si aliquis ra/
tionator ⁊ canzellarius vel officialis cõis papie scripserit aliquẽ ex predictꝫ
pro iudicibus vel baruarijs vel officialibus cadat ipso iure ⁊ facto in simi/
lem penam applicandam vt supra. Insuper si contingat aliquem potestatem
confirmari in ciuitate papie vltra annum q̃ talis potestas teneatur remoue/
re omnes suos officiales ⁊ baruarios. Addentes q̃ nullus officialis domi/
ni potestatis papie forensis possit nec valeat eius vrorem ducere seu duci fa/
cere in ciuitate papie durante eius officio: nec eius officio durante possit ali/
quam domum tenere separatam a palatio cõmunis papie conductam vel ali
ter: sub pena librarum centum papiensiuꝫ pro qualibet vice in quaꝫ cadat ip
so iure ⁊ facto applicanda vt supra. Et q̃ dictum statutum legatur cuicunqꝫ
potestati tempore sui regiminis introitus.

¶ Qd̃ nullus baruariꝰ audeat vel presumat ire circũ sine veste ⁊ diuisa ba/
ruariorum potestatis papie. Rica.

cxxxviiij **Item** Statuimus q̃ nullus baruarius audeat vel presumat ire ad pi/
gnorandum aliquem ciuitatis papie vel districtus siue fuerit de
baruarijs domini potestatis papie: siue alterius cuiuscunqꝫ iudicis vel offi/
cialis sine veste ipsius domini potestatis ⁊ diuisa: ⁊ si secus fecerit possit per
quẽcũqꝫ prohiberi pignorari. Et vlterius ipsi baruarij cadant in penam so/
lidorum quadraginta papie pro qualibet vice.

¶ Qd̃ nullus notarius alicuius officialis audeat vel presumat dare licẽtiã
alicui seruitori vel baruario. Rica.

cxl **Item** Statuimus q̃ aliquis notarius alicuius officialis vel iusdicen/
tis cõmunis papie non audeat vel presumat dare aliquam licen/
tiam pignorandi vel derobandi aliquam singularem personam collegiuꝫ vel
vniuersitatem pro aliquo debito priuato alicui baruario vel seruitori. Sed
ipsa licentia detur personaliter ei qui dictam licentiam impetrauit: vel eius
procuratori: ⁊ si secus fecerit cadant in penam ipso iure tales notarij qui pre/
dicta cõmisserint libraꝫ quinqꝫ papien̄.

¶ Qd̃ oia instrumenta edant̃ cũ anno mense die hora ⁊ consule.

cxlj **Item** Statuimus q̃ de cetero omnia instrumenta que producentur in
actis alicuius iusdicentis edantur cum anno: mense: die: hora: ⁊
consule.

¶ Qd̃ iudex malleficioꝫ teneatur exequutioni mandare oẽs penas. Rica.

cxlij **Item** Statnimus q̃ de cetero potestas vel iudex malleficiorum ad in/
stantiam cuiuscunqꝫ requirentis teneatur ⁊ debeat exequutioni
mandare omnes penas que vigore presentium statutorum venient applican
de cõi

de cõmuni papie seu parti summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij.

¶ De diebus vtilibus. Rica.

cxliij **Cum** Quottidie fit questio de diebus feriatis ⁊ iuridicis vt tollatur
omnis materia dubitandi ⁊ partibus probandi dies fuisse fe/
riatos ⁊ iuridicos. Statuimus ⁊ ordinamus q̃ notarij ad banchum domi/
ni vicarij domini potestatis papie teneantur facere quendam librum in quo
describantur singuli dies cuiuslibet mensis: ⁊ per modum cuiuslibet diei in
margine superiori scribatur per ipsos si fuerit dies feriata vnum. F. denotãs
diem feriatam: ⁊ si fuerit solum media dies feriata vtputa forte in mane ⁊
non in vesperis vel econtra: ponatur quoddam signum denotans mediaꝫ di/
em feriatam vtputa. M. ⁊ similis liber fiat per notarios iudicis rationis do
mini potestatis papie: quibus libris adhibeatur plena fides inter omnes li/
tigantes ⁊ dubitantes an dies fuerit feriata. Ceteri namqꝫ dies iuridici re/
maneant absqꝫ aliquo signo. Teneantur tamen notarij causam quare fuerit
dies feriata ponere: nec intelligatur dies iuridica nisi quando iudex vadit
ad banchum: ⁊ qui dies vtiles feriati similiter reputentur ⁊ habeantur pro
vtilibus ⁊ feriatis singula singulis congrue refferendo in quibuscunqꝫ liti/
bus ⁊ questionibus ⁊ controuersijs ciuilibus que vertuntur ⁊ verti conti/
gerit coram aliquibus cõmissarijs delegatis cõsultoribus: arbitris: arbitra/
toribus ⁊ amicabilibus cõpositoribus quandocũqꝫ electis.

¶ Qd̃ non detur licentia pignorandi nisi certa forma. Rica.

cxliiij **Item** Statuimus ⁊ ordinamus q̃ de cetero non concedatur aliqua li/
centia alicui persone collegio cõmuni ⁊ vniuersitati occasiõe ali/
cuius contumacie nisi prius elapso vno die post citationem factam: ⁊ nisi ap
parente ipsa citatione: ⁊ ꝓpitione facta hora citationis per actorẽ ⁊ scripta
in actis illius iusdicentis coram quo ⁊ hora qua fieret ipsa citatio. Et nota
rius qui de cetero dictam licentiam fecerit seu scripserit contra formã presen
tis statuti cadat in penã librarum decem papien̄. cuius pene medietas pue/
niat in cõe papie: ⁊ alia medietas in pignoratum.

¶ De imunitatibus concessis ꝓpter numerũ liberorum. Rica.

cxlv **Cum matrimonia** Ex quibus ꝓcedit procreatio libero/
rum: ⁊ per que respublica conserua/
tur in multis iuribus fuerit varijs priuilegijs predotata: ⁊ propter libe/
ros parens sustineat labores innumeros causa ipsos nutriendi. Statuimus
⁊ ordinamus q̃ si aliquis vel aliqui ciues papie vel districtus habuerit vel
habuerint vel habeat simul viuentes eodem tempore ex legittimo matrimo/
nio in eadem familia decem liberos gaudeat ⁊ gaudere debeat pro toto eo
tempore quo vixerint immunitatibus ⁊ franchisijs omnium onerum ⁊ mu/
nerum ordinariorum ⁊ extraordinariorũ impositorum ⁊ imponendorum per
cõmune papie vel rectores cõmunis papie realium personalium ⁊ mixtoruꝫ:
⁊ prosint sibi filij ⁊ filie etiam nupte ⁊ nepotes ex filijs premortuis: non au/
tem ex filijs viuis.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

¶ De venditiōibus fiendis ad cridas: ⁊ de earum priuilegio. Rica.

cxlvj **Item** Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ si qua persona cōmune collegium vel vniuersitas de cetero voluerit vendere alicui persone cōmuni collegio vel vniuersitati ciuitatis vel districtus papie vel alias ad hoc habili aliquam rem immobilem quam possideat: volens gaudere beneficio huius statuti debeat antequam vendat personaliter vel per personam speciale mandatum habentem comparere coraz vicario domini potestatis papie deputato vel coram eius locūtenente: ⁊ ibidem in scriptis dare debeat ⁊ suo sacramento affirmare ꝙ vult vendere ipsam rem immobilem pro tanto precio declarando precium ⁊ illam per situm seu locum: ⁊ contratas coherentias ⁊ etiam per numerum perticarum vel circa: ⁊ congrua congruis refferendo: ⁊ ipsam talem scripturam dimittere notarijs officij domini vicarij domini potestatis papie ⁊ cōmunis in libro ⁊ actis ponendaz: ⁊ subsequenter ponendam ad sacristiam ⁊ cameram rationalem cōmunis papie de sex mensibus in sex menses eorum proprijs expensis in quaternis sub pena librarum centum papie ipsis notarijs applicandaꝫ camere Magnifici domini domini nostri. Saluo semper vt infra dicetur. Et ꝙ inde ipsa talis persona cōmune collegium vel vniuersitas que vt premittitur vēdere voluerit ⁊ in scriptis detulerit procurret ⁊ faciat cum effectu ꝙ crida seu proclamatio sono tube premisso fiat mādato ipsius domini vicarij coraz quo comparuerit ad dandum in scriptis vt supra seu eius successore vel locūtenente publice super lapidem altiorem curie cōmunis papie ⁊ in atrio sancti Siri vbi solent alie cride fieri seu proclamari hora tertiarum vel circa seu hora vesperarum vel circa de die clara ad loca ciuitatis papie vbi proclamatiōes solent fieri. Et hec omnia in presentia duorum testium: ⁊ etiam duabus vicibus in vna hebdomada diuersis diebus: ⁊ alijs duabus vicibus in alia hebdomada sequenti diuersis diebus. Et vna vice in tertia hebdomada taliter ꝙ ipse cride infigātur in scriptis ad pilastrum positum subtus porticum notariorum ⁊ ad pilastrum regissolis ⁊ ibi stent per totam hebdomadam. Et similis crida cū appensionibus predictis fiat in quarta hebdomada: ⁊ in contrata eius qui vendere voluerit qualibet vice vt supra si fuerit in ciuitate: ⁊ si in districtu fiat dicta crida per seruitorem absqꝫ sono tube: non tamen ibi apprehensio affigatur: ⁊ etiam fiat dicta citatio per seruitorez tantū semel in terra seu loco in quo seu qua possessio res seu possessiones site sunt in platea eiusdem loci ⁊ etiam ibi affigatur. Et hoc si possessiōes seu res fuerint in territorio papie. Si vero sint domus vel sedimen seu sedimina in ciuitate siue suburbijs papie: tunc fiat crida in cōtrata vbi domus seu dicte domus sedimen seu res sita sint ante ipsam domuz seu sedimen vel rem qualibet vice vt supra. ⁊ affigatur vt supra pro clamando effectualiter sicut illa talis persona commune collegium vel vniuersitas dedit in scriptis ⁊ suo sacramento affirmauit coram ipso domino vicario vel eius successore seu locūtenente se velle vendere ipsam talem rem imobilem cuz declaratione premissa de loco contrata choerentijs ⁊ numero perticharum vel circa. Et si qua persona cōmune collegium vel vniuersitas est volēs ꝑdicere: seu habens vel habere pretendens ius aliquod in ipsa tali re: vel super ipsa tali re vendenda vel parte aliqua ex ea debeat infra tres menses post ipsas proclamatiōes imediate sequentes per se vel alium eius nomine pro eo coram ipso domino vicario vel eius successo

re seu

re seu locumtenente comparere ⁊ in scriptis dare ⁊ ostendere ipsum tale ius ꝙ in ipsa aut super ipsa re vel aliqua parte ex ea habet seu pretendit habere dimissis copijs ipsius proclamationis fiende vt supra dictum est vna ad dictum lapidem: alia ad dictum pilastrum subtus porticum notariorum: ⁊ alia ad pillastrum regissolis: ⁊ alia ad contratam dicti venditoris: ⁊ alia ad dictam plateam illius terre in quem seu cuius territorio erunt bona predicta: ⁊ alia ad dictam domum vel sedimen si sunt in ciuitate vel suburbys papie sitte ipsa seu ipse domus vel sedimen. Que cride ⁊ earum relationes ⁊ ipositiones fieri possint quolibet die feriato ⁊ non feriato: nisi fuerint ferie in honore dei ⁊ sanctoꝝ eius introducte. Saluo vt infra dicetur.

¶ Et ꝙ factis proclamationibus antedictis ⁊ elapso dicto termino trium mensium si qua persona cōmune collegium aut vniuersitas non comparuerit ad dandum in scriptis ⁊ ostendendum eius ius quod haberet vel pretenderet hēre per se vel aliū ī aut super dicta re imobili: aut aliqua parte eius vt supra: ꝙ eo casu ipsa talis persona cōmune collegium vel vniuersitas que vt premittitur vendere voluerit vt supra possit ipsaz talem rem ⁊ quālibet partem ipsius vendere libere ⁊ etiam absqꝫ eo ꝙ dare teneatur fideiussore. Et ipsa vēditio ⁊ emptio possit libere vt supra fieri absqꝫ. eo ꝙ emptori seu emptoribus vel eius heredibus seu successoribꝰ possit vllo tempore aliquid peti: nec aliqua questio moueri super ipsa tali re aut eius occasione per aliquaz personam cōmune collegium ⁊ vniuersitatem: que habuisset vel pretenderet hēre aliqō ius in ea tali re vel aliqua parte ipsius ⁊ non cōparuerit ⁊ ius suum in scriptis non dederit: ⁊ ostenderit vt supra in predicto termino vel aliquo dictorum terminorum nec per eorum heredes scilicz pro aliquo iure qō habuisset vel habuisse pretenderet ante dictam venditionem fiendam. Immo ēt ipsa talis res taliter vendita eo casu sit ⁊ esse intelligatur libera ab omni onere obligationis vel hypothece: ⁊ etiam a quacunqꝫ persona vel personis cōmuni collegio ⁊ vniuersitate: ⁊ irreuocabiliter fiat emptoris seu emptorum: dumtamen ipsa venditio fiat infra annum proximum post ipsas proclamationes. Ita etiam ⁊ eo intellecto ꝙ si aliqua persona cōmune collegiuz vel vniuersitas pretenderet ius acquisiuisse in vel super ea re vel aliqua parte ipsius ab eo venditore a die earuz proclamationuz vel alicuius earum vsqꝫ ad diem dicte venditionis fiende: ꝙ ipsum tale ius non possit emptori predicto vel eius successori obesse per respectum ad ipsam rem venditam modo ⁊ forma predictis ⁊c. Saluo tamen cuilibet iure quod haberet ⁊ quod habere pretenderet mediate vel imediate tempore ipsius venditionis: ⁊ etiam abinde in antea post ipsam emptionē ab emptore seu emptoribus contra ipz emptorez ⁊ etiaz alia sua bona. saluo semp vt infra dicet.

¶ Si vero infra tempus predictum ipsorum trium mensium cōparuerit aliqua persona vna ⁊ plures cōmune collegium aut vniuersitas suo vel alicuius nomine ad dandum in scriptis ⁊ ad ostendendum ius ꝙ pretenderet habere in aut super ipsa re vendenda vel aliqua parte ipsius vt supra continetur: tunc ⁊ eo casu venditio predicta fieri possit vt premittitur libere saluo vt infra dicetur. Sed precium ipsius rei vendende penes aliquem bonum ⁊ sufficientem campsorem papie deponatur mandato dicti domini vicarij seu eius successoris vel locūtenentis quod precium sic depositum succedat loco rei vendite: ⁊ eo casu disponatur ⁊ fiat inter eos qui comparuerint vt supra prout fieri debuisset de iure de ipsa re vendita. Et iurare debeāt ipsi venditores emptores seu emptor ⁊ venditor in instrumento venditiōis totam ve-

ХАЙКОВ ОНУ имени И.И. МЕЧНИКОВА

ram quantitatez precij pro qua ipsa res vendi contigerit: ⁊ q̃ ipsa venditio est bona ⁊ vera: ⁊ non fictitia nec simulata nec in fraudem facta. Et siue emptor paratus emere apparuerit siue non q̃ nihilominus per ipsum dominuz vicarium vel eius successorez seu locũtenentẽ vel alium cõmissarium possit ⁊ debeat ad instantiam predictorum omniuz qui comparuerint vt supra: ⁊ etiam cuiuslibet vendere ⁊ emere volentis vt supra: ⁊ cuiuslibet cuius intererit vel cuiuslibz ipor vel alterius eor̃ ꝓcedi ⁊ cognosci terminari summarie sine strepitu ⁊ figura iudicij quanto summarius ⁊ expeditius poterit: ⁊ appellatione ⁊ querela qualibet remota: ⁊ quolibet die feriato ⁊ non feriato: exceptis ferijs introductis in honorem dei ⁊ sanctorum eius de iure cuiusq̃z ipsorum qui vt premittitur comparuerint: ⁊ super premissis omnibus taliter ⁊ talem finem imponendo q̃ ipsa venditio possit procedere ⁊ effectum sortiri: ⁊ de precio seu deposito responderi ⁊ satisfieri possit ⁊ debeat illi seu illis quibus de iure debebit vel prout declarabitur ⁊ terminabitur vt supra. Et i casu in quo ipsa venditio non fiat nihilominus similiter ⁊ eodem modo vt supra cognosci ⁊ terminari possit ⁊ debeat de ⁊ super ipsa re seu rebus vendẽdis vt supra attribuendo cuicũq̃z ius suũ singula singulis ꝑgrue refferendo. Ita etiam ⁊ taliter q̃ illi qui non comparuerint vt supra nullum ius habeant vel habere intelligantur ad ipsam talem rem vendendam neq̃z venditam forma predicta nec ad eius precium. Saluo prout infra in capitulo loquente de minoribus ⁊ absentibus cõtinetur. Saluo tamen q̃ comparens seu comparentes predicti possint se ad inuicem componere: ⁊ omnẽ compositionẽ transactionem ⁊ concordiam de predictis facere eorum occasione ad decisionem ⁊ declarationez ⁊ expeditionez predictorum. Saluo tamen iure cuilibet creditori comparenti ⁊ vt supra habendi ⁊ possendi habere ⁊ tenere ipsam talem rem pro maiori precio si voluerit: quo casu ipse volens vendere cogatur vendere ipsi creditori volenti emere: ⁊ ita sit ipsa res libera prout supra continetur si ipsa venditio facta fuerit. Et si cõparuerint creditores emere volẽtes: ⁊ eo casu detur plus offerenti: ⁊ sit libera vt supra.

¶ Si vero infra ipsos terminos cridarum singula singulis refferendo aliquis comparuerit per se vel alium pro eo qui ostenderit quouismodo rem vẽdendam esse suam vel sibi pertinere iure dominij vel quasi vel vtili tunc ⁊ eo casu ipsa res non vendatur nec vendi debeat ipso tali comparente inuito.

¶ Si vero comparuerit aliquis minor annis vigintiquinq̃z: saluo nisi esset pronunciatus maior decem ⁊ octo annis secunduz formaz statutorum ciuitatis papie: de quo disponatur sicut de alijs maioribus vt in presenti statuto cõtinetur: vel aliqua persona pro eo vel eius nomine asserens vel pretendẽs ipsum minorem habere ius in ea re pro eius tutella vel cura nundum finita: q̃ eo casu in ipsius minoris preiudiciuz non possit fieri ipsa venditio. Et licet non comparuerit aliquis minor vt supra vel aliqua persona pro eo teneatur ipse tutor vel curator qui talem venditionem voluerit facere sub pena perdendi precium quod veniat in commune papie notificare domino vicario domini potestatis papie: vel eius locumtenenti q̃ ipse volens dictaz venditionem facere est tutor vel curator talis minoris: qui vicarius vel eius locũtenens citare faciat etiã ex suo officio ipm minorẽ ⁊ duos eius minoris affines ꝓpinquiores ex parte patris: ⁊ his defficientibus ex parte matris quibus defficientibus faciat citare duos vicinos ex propinquioribus ⁊ anti-

quioribus

quioribus quos habebat ipse minor: quibus notificetur per dominum vicarium vel eius locũtenentem q̃ talis venditio fieri debet. ¶ Et si dicto minori vel aliquibus vel vicinis vel affinibus non protestetur per modum supradictuz: non valeat nec fieri possit talis venditio in preiudicium ipsius minoris: Et aliter venditio facta q̃z per modum ⁊ formã predictos non valeat in preiudicium dicti minoris.

Item Prouiderunt statuerunt ⁊ ordinauerunt ac reformauerunt vt supra q̃ hec prouisio ⁊ alia suprascripta non se extendãt nec locum habeant ad bona data vel que darentur in dotem in bonis dotalibus. ⁊ hoc respectu ipsius dationis in dotem: ⁊ etiam ad vel contra vxorem nurum vel pronurum talium vendere volentium vt. T. constante matrimonio ꝑ iure dotium suarum vel reruz parafrenaliũ: nec extẽdãtur ad filios vel alios descendentes talis vendere volentis tempore dicte venditionis q̃z tum est ꝑ dotibus quondam matris vel auie: aut ex iure ei competenti ex persona alterius eius ascendentis: nisi predicta venditio fiat cum ꝓsensu legitimo ⁊ expresso dictorum talium descendentium.

Item Prouiderunt statuerunt ordinauerunt ⁊ reformauerunt q̃ per predicta non fit derogatum nec tollatur statutum seu decretum domini quod prohibet rem immobilem alienari in non subditum cõmuni papie: vel non sustinentem onera cõmunis papie quod incipit ⁊c̃. ⁊ cum sequentibus decretis.

Item Prouiderunt statuerunt ordinauerunt ⁊ reformauerunt vt supr̃ q̃ res illa que vendi contingat seruata forma huius prouisionis non sit nec intelligatur esse libera a seruitute seu seruitutibus quibus subiacebat ante ipsam venditionem.

Item Statuerũt ordinauerũt prouiderũt ⁊ reformauerũt ac ꝑuident statuunt ⁊ ordinãt q̃ minores annis vigintiquinq̃z: saluo nisi eẽt pronunciatus maior decem ⁊ octo annis vt supra dictuz est: tũc vt supra. Et absentes a ciuitate papie ⁊ districtu: ⁊ etiã furiosi aut mentecapti: nec nõ domine vidue pro iure dotium suarum ⁊ rerum parafrenaliuz: nec non alie persone habentes seu habere pretendentes ius aut actionem occasione administrationis alicuius tutele seu cure: aut ius hipoteche ꝑ aliquo ficto libellario: aut pro aliquibus legatis fideicõmissis: institutionib⁹: substitutiõibus testamentarijs vel alia qualibet successione ex testamẽto vel ab intestato: ⁊ quilibet predictorum qui esset in casibus suprascriptis vel aliquo eoruz vt supra tempore proclamationis vt premittitur fiendc habeant ⁊ habere intelligant̃ tempus ⁊ spatium sex mensium computando vt supra ad comparendum ⁊ in scriptis dandum ⁊ ostendenduz ius suum per se vel alium eoruz nomine vt supra singula singulis ⁊ congrua congruis refferendo: ⁊ q̃ sufficiat similiter ostendi procedi ⁊ fieri possit in omnibus ⁊ per omnia vt supra continetur. Saluo q̃z in dictis minoribus vigintiquinq̃z annis ⁊ absentibus: quibus nõ currat dictum spatium sex mensium nisi a tempore maioris etatis ⁊ reuersionis singula singulis ꝑgrue refferendo: ⁊ in furioso ⁊ mentecapto si carent curatore non currat dictum tempus nisi postq̃z fuerint sane mẽtis: vel ipsis prouisuz fuerit de curatore: sed seruetur ius cõmune. Et nõ intelligant̃ absentes qui intra mensem a tempore dictarum proclamationũ vel alicuius earuz cõputando reperientur vel essent in ciuitate vel districtu papie.

Item Prouiderunt statuerunt ordinauerunt ⁊ reformauerunt vt supr̃ q̃ glibet qui vt pmittit̃ cõparuerit ad dandũ in scriptis ⁊ osten-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dendum ius suum vel alterius eorum iurare debeat q̃ non facit per maliciaꝫ nec fraudem: nec animo impediendi maliciose venditionem illam cuius occasione comparebit.

Item Prouiderunt statuerunt ordinauerunt ⁊ reformauerunt vt sup̃ q̃ ipse cride habeantur pro solemniter factis si preco vel preco/nes retulerint coram dicto domino vicario vel eius successore vel locũtenẽte domini vicarij domini potestatis papie ⁊ ad officium ⁊ banchũ ⁊ in actis notarij se ipsas cridas fecisse iuxta formaꝫ predictã: ⁊ in qua relatione nomina ipsorum testium in quorum presentia facte fuerint ipse cride ⁊ impositiones que fient a dicto p̃cone seu preconibus scribantur ad officiũ ⁊ in actis notario/rum predictorum: ⁊ q̃ ipse relationes ipsarum cridarum ponantur per ip/sos notarios de sex mensibus in sex menses ad cameram rationalem cõmunis papie: sub pena librarum centum papien. applicãdarũ camere magnifici dñi Galeaz vt suprãdictum est.

Item Prouiderunt statuerunt ordinauerũt ⁊ reformauerũt vt supra q̃ per predicta nec aliquod predictoꝝ non tollatur ius aliqõ magnificoꝝ dñorum ⁊ cõis papie nec alicuius eorum nec sibi in aliquo preiudicetur nec preiudicium esse intelligatur.

Item Prouiderunt statuerunt ⁊ ordinauerunt vt supra q̃ predicta nec aliquod predictoꝝ nõ habeant locũ in eis qui vẽdere ⁊ emere vellent cum fideiussione: seu etiam absq̃ beneficio dictarum cridarũ ⁊ nõ seruata forma predicta.

¶ De rebus ĩmobilibus in non subditum non transferendis. Rica.

cxlvij **Item** Ad hoc vt res ĩmobiles ciuitatis ⁊ districtus papie non possint alienari in non subditum: ⁊ vt remaneant obnoxiate semper oneribus ciuitatis ⁊ districtus papie. Statuimus ⁊ ordinauimus q̃ aliqua res ĩmobilis ciuitatis vel districtus papie de cetero non possit nec etiam valeat alienari in aliquam personam collegium vel vniuersitatem nõ subditam ⁊ nõ suppositam ⁊ non subditum nec suppositum iurisditioni cõmunis ⁊ ciuitatis papie quoquo titulo alienationis inter viuos: nec etiam in vltima voluntate: exceptis personis in quas peruenerint successiones si non esset vltima voluntas condita siue aliter quomodocunq̃. Et si aliter factum fuerit non valeat nec teneat ipsa talis alienatio sed sit nulla ⁊ irrita ipso iure ⁊ facto. Et q̃ vltra predicta contrafaciens vel ꝯtrafacientes incidant ipso iure ⁊ facto in penam solidorum decem pro libra estimationis rei alienate seu que alienari contigerit applicandoꝝ pro medietate cõmuni papie: ⁊ pro alia medietate accusatori siue refferenti: ⁊ q̃ notarius vel notarij qui aliquod instrumentum cõfecerit vel confecerint de predictis ꝓhibitis cadat ipso iure ⁊ facto in penaꝫ librarũ centum papie applicandarũ vt supra. Statuentes q̃ insolutũdatões quas fieri cõtinget in non suppositum ciuitati papie vt supra virtute alicuius obligationis vere ⁊ non fictitie valeant ⁊ teneant: dũmodo ipse res quas cõtinget insolutũdari infra vnum annum continuũ per venditionẽ vel aliquem legittimũ titulũ transeant realiter ⁊ effectualiter in subditũ seu subditos cõis papie. Statuentes etiam q̃ acquisitiones facte hinc retro per aliquos curiales familiares vel officiales Illustris principis ⁊ magnifici dñi dñi nr̃i siue p aliquã aliam personã collegiũ vel vniuersitatẽ ét nõ suppositã vel nõ suppositum iurisditioni predicte de rebus predictis. ⁊ alienationes in ipsos facte

⁊ etiam

⁊ etiam de cetero fiende in p̃dictos curiales familiares vel officiales vel aliquem ex eis habeant robur ⁊ valorem ac effectũ irreuocabilem sortiantur ⁊ inuiolabiliter obseruẽtur: nõ obstantibus aliquibus statutis nec ordinamentis in dicta ciuitate papie actenus obseruatis: ⁊ non obstantibus cõprehensis in statuto ⁊ ordinamento p̃senti: declarãtes etiã ⁊ statuẽtes predictã prohibitionẽ alienatõis nõ vendicare sibi locũ in personis que tempore ipsarum prohibitionum seu tempore acquisitionum essent effecte ciues ciuitatis papie.

¶ Statuentes insuper ⁊ ordinantes ac declarantes q̃ si per decẽniũ continuum non reperiretur esse mota aliqua lis vel questio acquisitoribus vel acquisitori alicuius vel aliquarum rei vel rerum ĩmobiliũ: q̃ elapso dicto decennio non possit aliqua molestia lis controuersia vel questio moueri eisdem vel successoribus suis vniuersalibus nec singularibus ex eo q̃ proponatur vel allegetur predictos acquirentes vel acquirentes nõ fuisse curiales vel familiares seu curiales vel familiares illustris p̃ncipis ⁊ excelsi dñi dñi nr̃i vel curie sue. Declarantes etiam q̃ per predicta nec aliqõ predictoꝝ nullum preiudicium fiat nec factum esse intelligatur ecclesiastice libertati.

¶ Qõ precones ciuitatis papie possint cogi per dominum potestatem papie ad faciendum cridas ad petitionẽ quorũcunq̃ vẽdere volentiũ: ⁊ de premio ⁊ remuneratione fienda ipsis preconibus. Rica.

cxlviij **Item** Statuimus q̃ dominus potestas papie ⁊ quilibet eius iusdicẽs teneatur ⁊ debeat ad petitionẽ quorũcunq̃ qui vendere voluerint aliqua ĩmobilia ꝟm ꝓuisiones ⁊ statuta ciuitatis papie cogere quoscũq̃ tubatores ⁊ precones dicte ciuitatis ad faciendum dictas cridas in omnibus illis locis in quibus eas ꝯtinget fieri. Et vt dicti tubatores sciant quid ⁊ quãtum habere debeant pro eorum fatiga statuimus ⁊ ordinauimus q̃ pro omnibus illis cridis quas fecerint ad petitionẽ cuiuscũq̃ occasione alicuius rei ĩmobilis fiende ꝟm formam prouisionũ seu statutoꝝ cõis papie dicti tubatores habeant ⁊ habere debeant pro eorũ remuneratiõe ⁊ fatiga pro qualibet venditione fienda que sit q̃ztitatis librarum quinq̃centum papien. ⁊ abinde infra pro omnibus cridis quas facient libras quattuor papien. Et si fuerit a dictis libris quinq̃centũ supra q̃ztecunq̃ q̃ztitatis sit habeant ⁊ habere debeant libras sex ⁊ solidos octo papien.

¶ De fide adhibẽda merchatoribꝰ: ⁊ eoꝝ libris: ⁊ d̃ eoꝝ debitoribꝰ. Rica.

cxlviiij **Quia** Merchadãtia est ars per quã ciuitates augent. Ideo sunt mercatores fauorabiliter pertractandi. Et pro tanto statuimus ⁊ ordinamus q̃ merchatoribus grossarum merchadantiaꝝ qui sunt descripti in matricula merchatoꝝ: ⁊ qui libros faciunt seu facient in futurũ ordinatos in forma librorum rationalium de merchantijs suis scriptorum manu ipsorum merchatorum seu eorum coadiutoꝝ seu sociorum credatur de eo quod habere debebunt ab aliqua persona occasione dicte merchantie vsq̃ ad quãtitatem librarum decem papien. dummodo consules merchatorum merchadantie magne primo deliberent de persona merchatoris q̃ sit sufficiens ⁊ legalis: ⁊ de libro q̃ sit liber ordinatus ⁊ cui merito debeat adhiberi fides: credat̃ dicto merchatori de eo quod apparebit scriptum in libro suo predicto: ⁊ tam de dato q̃ de recepto occasione merchadantie vsq̃ ad quantitatem predictarum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

librarum decez papien, ipso prius iurante ad sacra dei euãgelia corporaliter tactis scripturis coram iudice competenti se dictam pecuniam habere debere. Insuper statuimus ꝙ si inter dictos merchatores fit contractum seu contrahatur aliquod debitum occasione merchantie quod fit scriptum ad librum notary merchantie magne per predictum notarium: ꝙ credatur tam de dato q̃z de recepto inter dictos merchatores de merchantys p̃dictis de omni quãtitate ⁊ summa que apparebit per dictum librum notary predicti merchatorem debere aly mercatori seu recepisse. Et quilibet iudex ꝓm predicta teneat̃ facere iustitie cõplementum.

¶ Q̃ nullus notarius nisi sit in collegio possit facere instrumenta. Rica.

cl **Item** Statuimus ꝙ aliquis notarius qui nõ sit descriptus in matricula collegij notariorꝫ ciuitatis papie ⁊ de dicto collegio non possit tradere seu rogare aliquod instrumentuz in ciuitate papie eiusqz districtu: ⁊ si tradiderit seu rogauerit non valeat nec teneat ipso iure: q̃ statutuz non habeat locum in notarijs vicariorum: refrendariorꝫ: magistrorum intrataruz domini nostri canzelarys coadiutoribus ipsorum canzelariorum nec in notarijs aliorum officialiuz curie dñi: nec etiam in notarijs maleficiorꝫ curie potestatis papie ⁊ aliorum rectorꝫ districtus papie: in his que spectabunt ad eorꝫ officium: nec etiam habeat locuz in instrumentis que ꝓcernerent negocia dñi vel eius camere vel curie magnifici dñi nostri.

¶ Q̃ solutio vel extenuatio contra instr̃m non possit probari. Rica.

clj **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus ꝙ si in aliquibus contractibus rogatis ⁊ traditis manu notarij de collegio notariorum ciuitatis papie renunciatuz sit probationibus testium siue generaliter siue contra ꝓtenta in instrumento ipsius contractus: non possit probari in principali causa nec appellationis per testes solutio: extenuatio: compensatio: liberatio: nec aliqd aliud quod veniat ad compensandum vel ad tollendum effectum exequutionis dicti instrumenti seu debiti. Sz debiti exequutio precise fiat: nisi predicta probentur per publicum instrumentũ. ⁊ Saluo ⁊ reseruato probare volenti omni iure ⁊ potestate petendi ⁊ consequendi a creditore facta exequutione predicta: ⁊ in alio iudicio quicquid consecutus fuisset per testium probationes si ad probandum fuisset admissus. Et ꝓbare potuisse intelligat̃ si in ipso alio indicio legitime probauerit quod intendit. ⁊ Et si ille cui fuerit petitum: facta exequutione contra ipsum: in toto vel in parte probauerit solutionem liberationem seu aliud vt supra dicti debiti in toto vel in parte: ꝙ ille qui dictam petitionem ⁊ exequutionem fecerit seu fieri fecerit condemnet̃ ⁊ puniatur in duplum eius quod petierit vel consequutus fuerit indebite: que pena perueniat in totum in euz contra quez fuerit facta petitio vel exequutio: que pena locum habeat in facto proprio illius qui petierit per se vel interpositaz personam. quod statutuz locum habeat in ꝓtractibus tam factis q̃z fiendis.

¶ De erroribus notariorum corrigendis. Rica.

clij **Item** Cum sepe contingat nimia festinatione ⁊ modica prouisione vel simplicitate vel animi facilitate notarios in instr̃is q̃ tradunt̃ vel scripturis

scripturis quas faciũt errores varios cõmittere: ꝓpter quod inter notarios ⁊ contrahentes: vel ipsos quos concernunt scripture vel instrumenta sepius varie oriuntur questiones. pro ipsis questionibus tollendis ⁊ sedandis Statuimus ⁊ ordinauimus ꝙ consules collegij notariorum papie vel maior pars ipsorum cum aduocatis collegij notariorum ciuitatis papie habeant iurisdictionem potestatem ⁊ bailiaz diffiniendi decidendi ⁊ terminandi dictas questiones: que de cetero ꝓtingent occasione p̃dictorꝫ errorꝫ ⁊ ét declarandi qd p notarios taliter errantes fiendum sit summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij ⁊ sola veritate inspecta: quas diffinitionem determinationem ⁊ declarationez dominus potestas papie presens ⁊ futurus: ad instantiã quorumcunqz interest intererit vel ĩteresse poterit in futuruz teneatur vinculo sacramenti omnibus iuris remedijs exequi ⁊ facere inuiolabiliter obseruari appellatione nullitate querela in integruz restitutione vel exceptione in contrarium facientibus non obstantibus. Et si qua statuta p̃dictis obuiarent in aliquo seu ꝓtradicerent: ꝙ ipsa statuta sint ⁊ esse debeant cassa ⁊ irrita ⁊ pro cassis ⁊ irritis habeantur ⁊ teneantur.

¶ Q̃ non descripti in estimo cuz communi papie non gaudeant priuilegio ciuilitatis. Rica.

cliij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus ꝙ non descripti in estimo cum communi papie seu districtu antedicte ciuitatis non gaudeãt priuilegio ciuilitatis: ĩmo in totum reputentur ⁊ habeantur pro forensibus. Quod statutum non habeat locuz in curialibus ⁊ familiaribus Illustris magnifici domini domini nostri ⁊c̃.

Rubr. sch. ⁊ Jm. com. lib. tertius. ff. 356. m. Jm. 362. in Jm. 363. ff. Ri. 75. 56 m. Jm. 626.

¶ Quod nemo possit capi personaliter pro debito priuato. Rica.

cliiij **Item** Statuimus ꝙ in cinitate papie eiusqz districtu nemo possit pro aliquibus debitis priuatis personaliter detineri. Et si quis detentus fuerit relaxetur infrascriptis casibus dũtaxat exceptis: videlicet pro debitis camere magnifici domini domini nostri ⁊c̃. pro debitis datiorꝫ ⁊ gabellarum: pro debitis ⁊ ex causis massaritij: pro debitis cõmunis papie: ⁊ ex causis merchadãtie in casibus in quibus disponeretur per aliqua statuta vel ordinamenta aliquem posse capi: pro quibus casibus possit quilibz capi personaliter ⁊ nõ aliter nec alio modo possit detineri: nisi fuerit debitor forensis qui capi ⁊ detineri possit pro debito nisi satisdederit de iudicio sisti ⁊ iudicato soluendo idonee creditori suo. Saluo tñ beneficio cessionis bonorum.

¶ De non mittendo in possessionem alicuius baruarios.

clv **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus ꝙ nullus potestas: vicarius: iudex: rector: vel officialis taz in ciuitate papie q̃z in districtu deinceps audeat vel p̃sumat baruarios famulos seruitores vel nuncios occasione vel causa exequutionis vel exactionis qualiscunqz in possessionem domorum vel bonorum mittere vel ponere aliquorum contra quos exactio vel exequutio aliqua fieri pretendatur nec ꝙ vadant auctoritatem concedere vllo modo: ⁊ ꝙ eos ibi esse vel stare non permittant. Et si potestas vel quispiam aliorum supra nominatorum ausu temerario contra presens statutum seu legem nixus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

fuerit contraire illico de bonis suis exigantur centum florenj boni auri ⁊ iusti ponderis per exactores ciuitatis papie camere magnifici domini applicandi: in quorum penam intelligant ipsofacto incurrisse sine vlla diffinitiua vel ꝓdēnatoria snia ꝓferenda. Et vltra p eos ꝓseruet indēnis ille in cui⁹ domus seu bonoꝝ possessionē fuerit aliqs positus vt.s̄. Ceterū cuꝫ p̄fati baruarij famuli ⁊ alij sup̄ noiati quos lucrorū vorago cecat aliqñ sua aucte seu iussu vel pro iussu potestatū vicarioꝝ ⁊ alioꝝ officialiū p̄scriptoꝝ qñqꝫ p̄dicta comittē non formidāt: statuimus q̄ si vllus p̄dictoꝝ baruarioꝝ seruitoꝝ famuloꝝ seu nunciorꝝ cā vel occasione exactōis vel exequutōis alicuius in possessionē ꝓut supra suo ausu ire vel intrare p̄sumpserit indēnem ꝓseruet eū in cuius domus seu bonoꝝ possessionē ire vl intrare p̄sumpserit: ⁊ vltra id debite ab eo exigātur florenj. xxv. per exactores etiam camere p̄libati domini applicandi ⁊ sine ꝓdemnatione seu snia ꝓut.s̄. Q̄d si in pecunia vel reb⁹ forte cōponere nō possent in corpus suū luentes botis seu squassis quattuor torture aucte ⁊ māda to suoꝝ potestatū vel superioꝝ irremisibiliter ferianť. Q̄d quidez statutū non habeat locū qñ ꝓtigerit aliquē mitti in possessionē occasione alicui⁹ realis vel hipotece: vel in exequutōe alicui⁹ snie vel arbitramētoꝝ. Et si ipse missus seu mittendus in possessionē peteret a iusdicēte familiā ꝓ ipso defendēdo in possessionez: eo casu sit licitum cuicūqꝫ iusdicenti mittere seruitores ⁊ famulos ꝓ defensione ⁊ tuitione talis missi seu mittendi in possessionez dūmodo hoc fiat expensis illius sic missi seu mittendi in possessionem.

¶ Q̄d familia massarij sit ⁊ esse itelligat ꝓ debito massaritij obligata. Rica

clvj **Item** Statuimus q̄ ꝓ debito ad qd̄ tenet massarius dño suo occasione massaritij seu laborerij quilibet de familia dicti massarij ꝓiunctus in gradu parentele sit ⁊ esse intelligatur obligatus domino personaliter ⁊ realiter prout erat ⁊ est ipse massarius: ⁊ possit compelli ad solutionē debiti prout potest vel posset ipse massarius realiter ⁊ personaliter. Q̄d statutum habeat locū tam in p̄teritis pendentibus q̄ꝫ futuris. ¶ Et q̄ aliqua p̄sona cōmune collegiuꝫ vel vniuersitas non possit audeat vel presumat dare ad massaritium vel locare alicui massario alicuius domini qui habitet sup̄ suo massaritio vel laborerio sine licētia domini sup̄ cuius massaritio habitat. Et hoc sub pena solidoꝝ. xx. papien. pro pertica applicanda dño laborerij: in quam penam incurrat ipso iure ⁊ facto.

¶ De bonis mobilibus dandis insolutum. Rica.

clvij **Item** Statuimus q̄ quilibet iusdicens ad instantiā quorūcunqꝫ creditorū qui saxiri sequestrari pignorari seu derobari fecerint de bonis mobilibus alicuius sui debitoris: ⁊ qui vere apparuerit debitor teneatur elligere duos estimatores cōmunis papie qui estiment ipsa bona: qua estimatione facta ipse iusdicens teneatur dare insolutū ipsi creditori pro precio quo estimabuntur: pro rata debiti ⁊ crediti. Et eo casu ipse creditor efficiatur verus dñs ⁊ possessor: licitum sit tñ debitori infra decez dies exigere a dicto creditore ipsa bona taliter insolutūdata ipso debitore soluente precium ⁊ expensas inde factas occasione predicta.

¶ De electione estimatorum ciuitatis papie.

Item

clviij **Item** Statuimus q̄ duodeciz presidētes factis ⁊ negocijs cōis papie singulo anno qñ elligunť cōsules ciuitatis papie teneanť elligere tres estimatores bene expertos legales bone opinionis ⁊ fame q estiment ⁊ estimare debeāt oia bona mobilia ⁊ imobilia que estimari ꝓtigerint ad instātiam creditoꝝ de bonis debitoꝝ suoꝝ corā quocūqꝫ iudice vel officiali: q estimatores teneanť ⁊ debeāt iurare in manib⁹ dictoꝝ duodeciz de bene ⁊ legaliter estimādo ipsa bona bona fide ⁊ sine fraude remotis odio amore timore p̄ce precio vel precibus. Et qui estimatores pro eorūz salario ⁊ mercede habere debeāt pro eorūz labore ⁊ fatiga imperiales tres pro florenо. Et vbi duo ipsorum in concordia essent tertius non habeat locum.

¶ Q̄d facto estimo ī ciuitate papie vel districtu nullus possit de dicto estimo cassari diminui vel difalcari nisi vt infra. Rica.

clviiij **Item** Statuimus ⁊ ordinauimus q̄ postq̄ꝫ aliquis fuerit descript⁹ in estimo cū ciuitate. p̄p̄. vel districtu nō possit cassari diminui vel difalcari nisi cū aucte ⁊ ꝓsensu dñi Refrendarij ⁊ duodeciz sapiētū ⁊ adiūctoꝝ numero. xxv. ⁊ sindicoꝝ ⁊ aduocatoꝝ ad̄ dicte ciuitatj. Q̄d si aliter factū fuerit nō valeat nec teneat: ⁊ quilibet ꝗ faciens cadat in penam librarꝝ. l. papien.

¶ De modo ⁊ forma tenenda in ordinatione estimoꝝ. Rica.

clx **Item** Statuimus q̄ qñcunqꝫ ꝓtigerit estimū renouari ī ciuitate papie eiusqꝫ districtu q̄ p duodeciz sapiētes ⁊ adiūctos simul numero vigintiquinqꝫ ad minus eligant quinqꝫ squadre: in quarꝝ qualibet sint decem ⁊ octo p̄sone experte ⁊ notitiā hñtes de facultatib⁹ p̄sonarꝝ ciuitatis ⁊ district⁹ papie: que qnqꝫ squadre ponant ⁊ deputent in qnqꝫ locis separatis ⁊ distictis vnus ab alio taliter q̄ nō possint hīe coloquiū simul. Et q̄ ꝓ ipsis squadris regulādis elligat vnus valens vir forensis nō hñs familiaritatē aliq̄ꝫ cū ciuibus antedicte ciuitatj: q supsit ⁊ supstare debeat ipsis squadris vsqꝫ quo fuerit factū estimū. Quibus taꝫ officiali q̄ꝫ electis p duodeciz sapiētes detur sacramentū de bene ⁊ legaliter estimādo quācunqꝫ p̄sonaz in estimo descriptaz ꝯm eius facultatez remotis odio amore timore prece precio ⁊ amicitia. Quibus estimatoribus ⁊ officialib⁹ p duodeciz sapiētes ꝓuideat de eoꝝ premio ⁊ labore ꝯm ꝗuenientiā facti. Et q̄ facto dicto estimo p dictas squadras tollatur estimum cuiuslibet persone maius ⁊ minus: ⁊ tres partes postea accumulentur insimul: ⁊ ipsum totum diuidat in partes tres: cum tertia pars dictarum trium partiū remaneat estimū ⁊ in estimo talis estimati. Et q̄ nullus alius officialis possit se intromittere in ꝗfectione ipsoꝝ estimoꝝ.

¶ De immunitatibus forensium. Rica.

clxj **Item** Statuimus q̄ quicunqꝫ nō ciuis ciuitatis. p̄p̄. habitās in locis ⁊ terris nō suppositis iurisditōi ciuitatis. p̄p̄. qui venerit de cetero ad habitādū sup̄ iurisditōe dñi ptātis. p̄p̄. habeat exēptionez a cōi. p̄p̄. ⁊ sit ⁊ esse intelligat exēptus vsqꝫ ad annos. x. prime sequētes ab oibus oneribus realibus personalibus ⁊ mixtis datijs ⁊ gabellis dūtaxat exceptis.

¶ Expliciunt statuta Ciuilia ciuitatis ⁊ cōmitatus papie.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

j Qualiter iudex maleficiorꝫ possit procedere ex officio.

ij De pena tractantis facientis vel ꝓcurantis publice vel occulte cõtra bonorem ⁊ bonum ⁊ pacificum statum magnificorꝫ dñorum nostrorꝫ.d.d. Galeaz vicecomitis virtutum comitis ⁊ filiorꝫ suorꝫ ciuitatis papie eiusqꝫ districtus dominorum generalium.

iij De quo tempore cõmissi maleficij possit cognosci ⁊ quando puniri.

iij Qualiter in inquisitionibus accusationibus ⁊ denũciationibus procedi debeat: ⁊ qua forma ⁊ modo: ⁊ quo die ⁊ tempore.

v Quo casu obmissio solemnitatis statutorꝫ cõis papie nõ vitiat ꝓcessuꝫ factũ.

vj Qõ accusati vltra numerum quinq; de aliqua terra papie homines loci possint se per sindicum cõmunis loci defendere ⁊ quo casu.

vij Qõ iusdicens inculpato teneatur dare fidantiam de alijs delictis de quibus non proceditur contra eum ⁊ quando non.

viij Quo casu remissio tollat processum ⁊ quando non.

viiij Quo casu inculpatus de maleficio incarceretur ⁊ quo non.

x Qõ iusdicens possit cõpellere testes ad testificandum de maleficijs qualiter ⁊ qua pena.

xj De quibus causis habeat locum tortura ⁊ de quibus non.

xij Qõ in dillationibus nõ computetur dies termini nec progatio termini arctet primum terminum.

xiij De pena accusantis falso seu denunciantis vel non falso: ⁊ non sequẽtis vel non probantis.

xiiij De pena illius qui in deum vel sanctum blasfemando vel alia turpia verba dicendo cõmisserit.

xv De pena patharini a fide catholica deuiantis.

xvj De pena dicentis iniuriam alicui priuato in iudicio vel extra.

xvij De pena facientis insultum contra priuatam personam.

xviij De pena colligentis ⁊ exigentis vectigale guadagiũ vel gabellam.

xviiij De pena illius qui percusserit vel vulnerauerit aliquem.

xx De pena illius qui priuatum carcerem in aliquem cõmisserit vel aliquem ceperit vel redimere aliquem fecerit.

xxj De pena illius qui homicidium fecerit.

xxij De pena assasini ⁊ assasinari faciẽtis ⁊ venefici ⁊ malefici.

xxiij De pena sodomite.

xxiiij De pena cognoscentis carnaliter monialem.

xxv De pena mulieris inhoneste vite stantis ⁊ habitantis in domo alicuius presbyteri vel alicuius religiosi vel consecrate persone ad ipsorꝫ postam.

xxvj De pena illius q abstulerit vel aufferri fecerit: vel facere fecerit vel ad faciẽdum aduocauerit: vel aufferrendi ꝗsiliũ dederit aliquez carceratũ vel captũ: ⁊ de pena impedientiũ capere vel captum detinere.

xxvij De pena furis.

xxviij De pena robatoris schachatoris depredatoris spoliatoris insultatoris pro robando seu schachãdo vel capiendo psonaz siue rem asociantis: tensantis: hospitantis: vel albergantis: recipientis: reducentis: tenentis ⁊ pmittẽtis cõsilium ⁊ auxilium dantis: ⁊ officio potestatis in predictis.

xxviiij De pena illius qui acceperit terrã de cõmunibus vijs seu stratis publicis.

xxx De pena occupantis terram cõmunis papie.

xxxj De pena illius qui violentiam alicui fecerit in sua possessione.

xxxij De pena cõmunis i cuius terra vel territorio aliqua possessio steterit guasta occasione

occasione alicuius alterius qꝫ illi⁹ cui⁹ erat: vel q eã tenebat vel possidebat

xxxiij De pena coloni iuquilini: cõductoris vel fictualis recipientis inuestituram ab aliquo absqꝫ voluntate prioris domini. Et de pena vendentis vel alienãtis duobus diuersis temporibus.

xxxiiij De pena incendiarij guastantis: vel dãnũ dantis. Et qualiter bestie dãnum dantes possunt detineri.

xxxv De pena frangẽtis domũ.

xxxvj De pena illius qui celauerit sibi nomẽ vel ꝓnomẽ vel mutauerit.

xxxvij De pena notariorꝫ vel aliarum psonarũ que facerent vel fieri facerent aliquam cartã vel scripturã falsam. Et de pena dicẽtis falsum testimoniuꝫ siue ꝓducẽtis seu vtẽtis eo vel eis in qualibet causa.

xxxviij De pena officialis delinquentis in officio.

xxxviiij De pena corꝛũpentis officiales cõis papie: ⁊ de pena corꝛupti.

xl De pena illius qui post sonũ schille inuẽtus fuerit per ciuitatem vel p burgos vel placiare vel qui iuẽtus fuerit in taberna vel domo in qua vendat̃ vinũ: ⁊ de pena eorꝫ q vẽdũt vinũ. Et de pena illius q inuentus fuerit in domo alicuius sine domini voluntate.

xlj De pena tabernarij ⁊ tabernarie qui serauerit hostium ante pulsationem cãpane potatorũ de sero.

xlij De pena tabernarij ⁊ tabernarie qui non aperuerint hostiũ ad tertiam vocem officialium.

xliij Qualr intelligat̃ qñ fit mẽtio in statuto de nocte.

xliiij De pena portãtis arma offensoria fraudulosa vel fugiẽtis a familia ⁊ non pmittẽtis se circhari: ⁊ albergatoris nõ denũciantis hospitẽ.

xlv De pena bubulci qui steterit sup curru qñ ducitur. Et de pena asinarij vel mollinarij qui sederit super farinã.

xlvj De pena illius qui lusserit ad taxillos vel bischaziaz.

xlvij De pena illius qui proiecerit vel proici fecerit aliquid turpe e domo i strata publica ⁊c.

xlviij De pena mingentis vel egerẽtis in curia cõmunis papie vel in ecclesia maiori vel alia ecclesia vel aliam turpitudinẽ faciẽtis.

xlviiij De pena illius qui excoriauerit bestiaz mortuã ĩtra muros ciuitatis papie vel ibi lesguauerit ligde: vel cõbuserit fecias intra ciuitatem vel extra p vnuz miliare.

l De pena illius q ceperit vel captũ hũerit aliquẽ malefactorẽ vel bãnitum de maleficio cõis papie q nõ cõsignauerit ipm dño ptãti papie.

lj De pena illius qui tenuerit bannitum de malleficio communis papie vel auxilium vel opem prebuerit ei.

lij De pena cõium terrarum territorij papie ⁊ ciuium ibi habitantiũ q ⁊ que fuerint negligẽtes in capiẽdo malefactores eũtes per eorũ terras: ⁊ de pena eorũ qui non cucurrerint ad stremitas.

liij De pena ꝗsulis cõitatis anzianorꝫ ⁊ parochianorꝫ qui nõ denũciauerint vel accusauerint malleficia potãti: ⁊ de pena illi⁹ seu illorũ q nõ cõsignauerit potestati papie ꝓ posse suo illũ qui deliquerit: ⁊ qñ teneat̃ ad predicta.

liiij De pena illius qui fecerit inuitamentũ hoĩuz armatorũ: ⁊ de pena illius qui iuerit ad inuitamentum.

lv De pena ꝓiciẽtis lapides de nocte super domo alicuius.

lvj De pena custodis carcerũ cõis papie accipientis vltra quam debet per infrascriptum statutum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

lvij De pena superstitis vel custodis carceruz cõis papie si eius custodie tempore aliquis carceratus fugeret de carcere.

lviij De pena cõmunis terre districtus papie quod posuerit in deueto aliquez ciuem ciuitatis papie vel aliquam ecclesiasticam personaz vel alium qui nõ sit de communitate sua.

lviiij De pena illius qui aliquam possessionem vel rem ĩmobilem vel ius quod habet in comarchia vel alibi venderet alicui non sustinenti onera cõis papie.

lx De pena illius qui in districtu papie laborauerit terraz alicui⁹ alienigene nõ ciuis papie.

lxj De pena vendentis vel capientis columbos domesticos siue torredanos volatores viuos vel mortuos: ⁊ de pena habentis lusellum ad aliquaz fenestrã vel domum aptam ad dictos columbos capiendum.

lxij De pena tenentis capram.

lxiij De pena dantis auxilium vel consilium alicui malefactori.

lxiiij Quod monete mensure ⁊ pondera vtantur per territoriuz papie: prout in ciuitate papie vtuntur.

lxv De pena non seruantis cridam vel preceptuz ex parte domini potestatis papie iudicis eiusqz vel militis factum.

lxvj De pena cõium terrarũ territorij papie ⁊ singularũ personaꝝ ibi habitãtiuz in cuius terra vel territorio facta fuerit robaria ꝓpredatio vel rapina vel captio ꝑsone vel incẽdiũ vel dãnũ datũ fuerit.

lxvij Qd̃ nullus pena corporali possit puniri nisi statuto caueatur: sed alias pecunialiter puniatur.

lxviij De arbitrio ⁊ bailia dñi ptãtis extendenda in penis.

lxviiij De pena bãniti de maleficio cõis inferenda eidem per priuatam vel publicam personam.

lxx Qd̃ cõfessio ⁊ pax minuat penã ⁊ qñ ⁊ quãtũ.

lxxj Qualiter cõdẽnationes sint exigende ⁊ quando soluende ⁊ cum quo beneficio ⁊ pena.

lxxij De premio cõsignãtis malefactores in fortiã cõis papie.

lxxiij De pena tenentis vltra duos porchos.

lxxiiij De pena laborãtis vẽdentis ⁊ stationãtis diebus feriatis.

lxxv Qñ vbi ⁊ qualiter ptãs teneat cõdẽnatiões de malleficijs facere.

lxxvj Qualiter teneat ptãs cõdẽnatiões exigere: bãnitos vel cõdẽnatos cape cõdẽnatiões ⁊ bãna scribi ⁊ exẽplari facere: ⁊ de officio notariorũ cõis papie bãnorum ⁊ preceptorum.

lxxvij Qd̃ a sentẽtijs dñi ptãtj ĩ crimiali nõ possit appellari vel d̃ nullitate opponi.

lxxviij Qd̃ in statutis ꝓhibitorijs ẽt penalib⁹ masculinũ genus cõcipiat femininuz.

lxxviiij De pena raptoris ⁊ carnaliter cognoscentis mulierem.

lxxx Qd̃ carcerati ꝓ debito publico vel maleficio nõ possint impediri.

lxxxj De pena euntium de nocte.

lxxxij De anothomia fiẽda.

lxxxiij Qd̃ suprascripta statuta nõ possint nec debeãt ĩterpretari sed intelligi vt littera sonat.

j A primis Christi noĩe ĩuocato eiusqz ⁊ totius celestis curie triũphãtj suffragio. Vt maleficia nõ remaneãt ĩpunita: sz celerius puniant̃ matura deliberatiõe ꝓuidemus. Qd̃ dñs ptãs papie eiusqz iudex maleficiorũ ⁊ qlibet eorũ insolidũ possint ⁊ valeãt ꝓcedere p modũ ingsitiõis ex officio mero denũciationis officialis vel querele iniuriã passi sup ĩquisitiõibus formare. Et p accusationẽ ꝓcedere in quocũqz crimine publico vel priuato in quo ĩponat̃ vel ĩponi possit pena corporis afflictiua vel priuatiua principaliter vel secũdario: vel in ꝓsequẽtiã vel sub cõditiõe ꝑcedẽtibus tñ indicijs legittimis: que indicia debeant esse scripta in actis curie p notariũ malleficioꝝ ⁊ subscripta p iudicem dicti officij in libro vno inditiorũ: ⁊ qui liber stet penes ptãtẽ sigillatus semp sigillo dñi ptãtis. Nõ tñ fiat copia parti cõtra quã ingsitio formata ẽ donec respõderit dicte ingsitioni ⁊ litẽ fuerit cõtestatus. Post requisitionez vero ⁊ litis cõtestationem possit pars ingsita copiã inditiorũ petere: eãqz teneat̃ sibi iudex dari facere: vt cõtra ea possit opponere: ⁊ se purgare ꝛm ꝙ sua iusticia suadebit. In ceteris vero criminibus ex quibus pena pecuniaria veniat ĩponenda: siquidẽ excedat summã librarũ quinquaginta. ꝑ. nõ possit ꝓcedere p merã ingsitionẽ ex mero officio: sed vel p accusationẽ vel p denũciationẽ officialis vel per querelã offensi: sup quibus possit suã formare ingsitionẽ ꝑcedẽtibus tñ legittimis indicijs vt supra dictum est. ¶ In ceteris vero crimĩbus ĩ quibus veniat ĩponẽda pena pecuniaria minor libris quinquaginta papiensibus nõ possit ꝓcedere iudex nisi per accusationẽ vel denũciationẽ officialiũ in causis in qbus denũciare tenent̃ ꝛm formã statutorũ cõis papie. Saluo ꝙ de ꝑceptis spretis vel mandamẽtis dñi ptãtis vel officialis alicuius sue curie: possit ꝓcedere per ingsitionẽ ⁊ per officiũ ꝛm ꝙ sibi videbitur. Et ꝙ ĩ oĩ crimine publico quelibet ꝑsona possit ⁊ valeat accusare ⁊ denunciare. Preterquã in crimine adulterij stupri vel incestus in quibus nõ admittat̃ accusator nisi parentes vel attinẽtes quoꝝ interest qui passi sunt iniuriã ex ꝑdictis. Et ꝙ accusa superueniẽs seu denũcia nõ tollat ingsitionẽ ꝑcedentẽ in casib⁹ in quibus inquisitio formari põt: sed vtrũqz simul currere possit. Bũtamẽ nõ fiat cõdẽnatio nisi sup altero. ¶ Processus tñ fiant ⁊ fieri debeãt sup accusationibus inquisitiõibus vel denũciatiõibus ꝛm formã statutorũ cõis papie: ⁊ eis deficientibus: scõm iura cõia. Que oĩa valeant cũ effectu cõsuetudine vel obseruãtia seu generali seu spãli non obstante. Et ꝙ quilibz accusatus de aliquo crimine vel delicto publico vel priuato possit accusare suũ accusatorem etiã de maiori vel minori crimie. Et sup vtraqz accusa possit ꝓcedi per dictuz iudicẽ ad ĩuestigationẽ veritatis ⁊ cõdemnationẽ fiendam.

¶ De pena tractantis facientis vel ꝓcurantis publice vel occulte cõtra honorem ⁊ bonũ ⁊ pacificũ statum Magnificorũ dominorum nostrorũ domini Galeaz vicecomitis comitis virtutũ ⁊ eius filiorum ciuitatis papie eiusqz districtus dominorum generalium.

ij Item Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ nulla persona cõe collegiũ vel vniuersitas cuiuscunqz cõditionis status dignitatis preheminentie ue existat sit que audeat vel presumat dicto vel facto opere vel cõsilio vel scriptura tractare vel agere vel facere vel fieri facere conspirationẽ vel cõiurationem vel tractatum publice vel occulte vel aliquid aliud qd̃ sit vel eẽ possit

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ꝗ honorē ⁊ bonū ⁊ pacificū statū ꝑfati. J. ⁊ excellētissimi dñi nostri ciuitatis ⁊ districtus ⁊ territorij papie ⁊c. Et cōtra honorem ⁊ bonū ⁊ pacificū statuz cōis papie: ⁊ status ꝑtis diminutionē seu detrimentū, ac honoris status pre fati dñi: vel de dādo dñium ciuitatis papie: vel alicuius loci vel castri seu ter re territorij vel districtus nūc existentis ad precepta ⁊ obedientiā ipsius do/ mini ⁊ ciuitatis ⁊ cōis papie vel que seu qō vel qui existeret in futurū ad obe dientiam vel precepta ipsius alicui singulari persone collegio cōi ⁊ vniuersi/ tati cuiuscūqz status cōditiōis dignitatis ꝑheminētie ue existat: vel que hēat vel hēre debeat colloqū tractatū: vel que mittat vel recipiat litteras nuncios seu spias vel ābasiatas cū aliqua vel ab aliqua ꝑsona vel alicui ꝑsone colle/ gio cōi vel vniuersitati cuiuscūqz cōditionis ⁊ status existat que diceret tra/ ctaret vel opponeret vel ꝓcuraret cōtra honorē ⁊ bonū ⁊ statum pacificum ipsius domini ⁊ cōis ⁊ ciuitatis papie. Et quelibet persona collegiū cōmune ⁊ vniuersitas cuiuscūqz conditionis ⁊ status existat vt supra que dicto facto ope vel cōsilio publice vel occulte diceret faceret tractaret vel ageret contra predicta vel aliquod predictorum possit ⁊ valeat ⁊ debeat per dominū pote statem papie cōdemnari ⁊ puniri in auere ⁊ ꝑsona: vel in auere tantū: vel in ꝑsona tantū ad mortem pure: ⁊ sub cōditiōe tantum: mixte: princip aliter: vel secūdario arbitrio ipsius dñi ptātis inspecta ⁊ ꝓsiderata qualitate facti ⁊ cō ditione ꝑsonarū: sicut ꝓdito: prefati dñi ⁊ patrie ⁊ de ꝓditiōe ipsius ⁊ pzie. Saluo q ipsa talis persona collegiuz cōe ⁊ vniuersitas que diceret habuisse colloquiū: vel litteras vel nūcios vel ābasiatā misisse vel recepisse cuz aliqua vel ab aliqua ꝑsona vel alicui ꝑsone collegio cōi ⁊ vniuersitati cuiuscūqz sta/ tus ⁊ cōditiōis existat que seu qō tractaret diceret vel faceret cōtra honorez ⁊ bonū ⁊ pacificū statū prefati dñi ⁊ cōis ⁊ ciuitatis papie: vel in diminutio/ nem ipsorū cā tractandi dicēdi ⁊ ꝓcurandi vt supra possit ⁊ valeat notifica/ re ꝑfato Magnifico dño vel dño ptāti papie vel locūtenenti ipsius dñi: vel locūtenēti ptātis infra secūdā diē cōputādā a tpe quo misserit vel recepit nū cios lr̄as vel epl̄as ābasiatas vel colloqum hūerit vt supra. Et si denūciaue rit postquaz ad eius notitiā puenerit vt supra ad dictū terminū nullā penam eo casu sustineat nec patiat̄ in persona vel rebus. Et dñs ptās papie ⁊ eius vicarius ac iudex malleficiorū ⁊ quilibet ipsorū insolidū habeat merū puruz ⁊ liberū arbitriū ptātem ⁊ bailiā inquirendi ꝓcedēdi ⁊ cōdēnandi ⁊ exequē di cōtra quoscūqz ⁊ quālibet personā que cōmitteret vel faceret aliqō ex pre dictis: ⁊ possint ⁊ valeant ponere ad torturā indicio seu indicijs ꝑsumptiōi/ bus ꝑcedente vel ꝑcedētibus. Et si eo casu talis persona tormētāda ī tormē/ tis decederet dñs ptās vel eius vicari⁹ vel eius iudex malleficiorū nō possit nec valeat nec debeat sindicari nec condemnari inquietari nec molestari pro eo qō diceretur talem personam tormentasse.

¶ De quo tpe cōmissi malleficij possit cognosci ⁊ quomodo puniri. Rica.

iij **Item** Statuimus ⁊ ordinamus q per ptātem papie ⁊ eius vicariū ⁊ iudicē malleficiorū ⁊ quēlibet alium eius iudicem ipsius domini potestatis volūtate possit ⁊ valeat cognosci termīari ⁊ exequi de malleficijs criminibus ⁊ delictis cōmissis tempore sui regiminis cōtra cōmittentes deli/ cta ⁊ ēt ante ꝑ sex menses tantū: pet viam denūciatiōis ⁊ inquisitiōis in casi/ bus cōcessis ꝓm formā statutorū cōis papie: ꝓut dicto dño ptāti ⁊ dictis ei⁹ iudicibus ⁊ cuilibet eorū melius videbit̄ ⁊ placebit ꝓm formā ⁊ modū statu/

torum

torum cōis papie. Per viā vero accusationis ⁊ querele offensi possit proce/ dere quādocunqz infra tempora legittima.

¶ Qualiter in inqsitiōibus accusatiōibus ⁊ denūciatiōibus ꝓcedi debeat: ⁊ qua forma ⁊ modo ⁊ quo die ⁊ tempore.

iiij **Item** Statuimus q in oībus maleficijs ⁊ delictis ⁊ excessibus ī quo ⁊ in qbus denūciator seu accusator appuerit non aliter ꝓcedat̄ nisi accusator vel denūciator in scriptis dederit accusam seu denūciā in q̄ cō/ tineatur nomē ⁊ cognomē accusantis seu denūciāt]: ⁊ nomē ⁊ cognomē accu sati seu denūciati: ⁊ crimen certū: ānus: ⁊ mensis cōmissi criminis: ⁊ locus in quo dicatur maleficiū fore cōmissum cū duabus saltē coherentijs dicti loci: ⁊ testes: ⁊ nisi illa accusa seu denūcia ī quaterno notarij maleficiorū fuerit scri/ pta seu cōis papie. Et nisi per accusatorē seu denūciatorez primo iuratū fue/ rit accusam seu denūciā verā esse: ⁊ ea que in accusa seu denūcia cōtinēt̄. Et nisi accusator seu denunciator idonee satisdederit piculo recipientis ipam de ꝓsequēda accusa seu denūcia vsqz ad finē: ⁊ de restituendis expensis accusa to seu denūciato fiendis occasione illius accuse seu denūcie: si ille accusatus seu denūciatus nō fuerit cōdemnatus. De qbus expensis stetur sacro accu/ sati seu denūciati facta prius ꝑ iudicē taxatione de ipsis expensis. Saluo q hoc capitulū quo ad satisdationē nō vendicet sibi locū in illis personis q iu rauerint ꝓpter pauptatē satisdare nō posse: quo casu iudex in accusa seu de/ nuncia ꝓcedat ēt sine satisdatiōe. Nec quo ad dictaz satisdatiōez ⁊ iuramen tum vendicet sibi locū in illis ꝑsonis que ex officio accusare seu denūciare te/ nentur: sed sufficiat eos iurare q credunt vera esse ꝓtēta in denuncia. Hoc addito q vltra testes in accusa seu denūcia noīatos possit accusans seu de/ nuncians infra octo dies a die respōsionis rei sup accusa seu denuncia nume rādos: pte tn̄ citata: addere alios testes testibus noīatis in accusa seu denun cia ⁊ nō vltra. Et ēt hoc addito q in accusatiōibus seu denunciatiōibus car te false ⁊ aliaꝝ scripturaruz nō teneat̄ accusator seu denunciator ponere locū mēsem nec ānum. In accusatiōibus autē de ꝑcepto nō seruato seu spreto nō teneat̄ accusator ponere locū nec testes. Cui titulo accusatiōis seu denūcia/ tionis incepto nihil addi vel diminui vel īmutari possit: ⁊ q titulus scribi de/ beat in actis ante citationē: ⁊ ipm̄ titulū teneat̄ dare vel dari facere accusato vel denūciato si petatur: ⁊ terminū vnius diei vtilis ad deliberādū ⁊ respon dendum accuse vel denūcie antequā ꝓcedat aliquo mō cōtra eū cōtra quem procedit: ⁊ hoc si ꝑdictus terminus petat̄. Quo termino elapso vel nō peti/ to dictum illius accusati vel denūciati recipiat super accusatione vel denun/ ciatione: qō dictū ⁊ respōsionē super accusatione ⁊ denūciatiōe teneat̄ face/ re reus nō obstante aliqua excusatione: nec ēt obstante q offensus eēt bāni/ tus de homicidio vel maleficio: ⁊ nō obstāte aliqua alia excusatiōe dillato/ ria declinatoria peremptoria anomala iur̄ vel facti nec alia quacunqz. Sed ipsis exceptionibus ⁊ qualibet ipsarum non obstātibus cogatur respondere accusationi vel denūciationi. Saluis tamen ⁊ reseruatis sibi per hoc statutū oībus suis exceptionibus si que sibi competebant ante responsionē. Et si re/ us esset ita dure cerucis q iudex non posset eum facere respondere: vel re/ sponderet negando vel confitendo: ex tunc lis sit legittime contestata ⁊ ꝑ cō testata habita huius statuti auctoritate super cōtentis ⁊ de contentis in di/ cta dennunciatione vel accusatione. Dicto autez rei recepto vel lite contesta

HAYKOВ ОБЛАСНИЙ ОНУ ім. ПОТЕБНИ

ta ⁊ pro contestata habita vt supra. Si reus responderit confitendo conten/
ta in accusa seu denuncia in toto vel in parte sic q̃ possit ꝓpterea condemna
ri detur reo confesso terminus defensionis ad arbitrium statuentis. Si aũt
nõ respõderit vel responderit negando sic q̃ nõ possit propter ea cõdemnari
recipiant̃ testes qui tactis scripturis corpaliter iurent dicere veritatẽ sup di/
cta denuncia vel accusatiõe ⁊ cõtentis in ea ⁊ sup his super quibus interro/
gabuntur: ⁊ cãm sui testimonij reddant seu dicant: ⁊ in scriptis reducantur.
Testibus vero receptis si taliter fuerit probatũ testibus q̃ possit cõdemnari
reus: teneatur iudex dare terminũ defensiõis octo dierum vel minus arbitrio
iusdicentis accusato vel denunciato. Si autem taliter fuerit probatum testi/
bus q̃ reus videatur iudici tormentãdus: tũc potest ad tormenta ꝓcedere: ⁊
eo de tormentis deposito in actis scribat̃ dictum tormentati: nec ad qõnes ite
rum repeti possit nisi indicijs alijs superueniẽtibus. Et debeat iusdicens sta/
tuere terminũ exemplãdi: ⁊ notãdi testes ⁊ acta ⁊ istrumenta: ⁊ disputãdi: ⁊
allegãdi, ꝑ modo ⁊ qualitate cause antequã cõdemnet reũ propter ꝓbationẽ
testiuꝫ vel instrumentorũ. Quibus pactis teneat̃ ⁊ debeat potestas ⁊ eius iu
dex maleficiorum ad cõdemnationẽ vel absolutionẽ infra dies. xl. tunc pro/
xime subsequentes ꝓcedere. Et hoc sub pena florenorum centum auri came
re Magnifici domini Galeaz applicandorũ cuilibet ipsorũꝫ. Et nihilomin⁹
dicto termino elapso duret instantia cause. Et potestas condemnare vel ab/
soluere teneatur ⁊ debeat. ¶ In criminibus vero vbi proceditur per inqui/
sitionem ꝓcedatur ⁊ ꝓcedi debeat in hunc modum: vꝫ q̃ titulus inquisitio/
nis per dñm potestatẽ papie qui nunc est vel pro temporibus fuerit vel eius
iudicẽ, per ipsum ad maleficia deputatum formetur ⁊ in scriptis reducatur
cum anno mense ⁊ loco cõmissi criminis: ⁊ duabus coherentijs saltez: nisi fo/
ret inquisitio carte false vel aliarum scripturarꝫ: quo casu non teneat̃ ponere
locum mensem nec annum: ⁊ nisi esset inquisitio precepti non seruati vel spre/
ti: in quo casu non teneat̃ ponere locum. Sed in quolibet dictorum titulorum
inquisitionis debeat ponere nomen ⁊ cognomẽ inculpati: ⁊ delictũ certum: ⁊
nomen ⁊ cognomen offensi siquis offensus dicit̃. Cui titulo inquisitionis ice/
pto ⁊ pti misso ⁊ relatione ꝑ seruitorẽ facta nihil addi vel diminui vel mutari
vel adiũgi possit: quẽ titulum teneat̃ dare vel dari facere iudex illi cõtra quẽ
inquiritur si petatur vel suo ꝓcuratori: postquã pure clare ⁊ precise inquisi/
tioni responderit. Super qua inquisitiõe dictum illius contra quem inquirit̃
recipiatur qõ dictum ⁊ responsum super dicta inquisitione teneat̃ facere re⁹
non obstante aliqua exceptione: nec etiam obstãte q̃ offensus esset bãnitus ꝗ
homicidio vel maleficio: ⁊ nõ obstãte aliqua alia excusatione dillatoria decli
natoria peremptoria anomala iuris vel facti nec alia quacunqꝫ. Sed ipsis
excusatiõibus ⁊ qualibet ipsarum non obstantibus cogatur respõdere iqui/
sitioni ⁊ denũciationi. Saluis tamen ⁊ reseruatis sibi per hoc statutum om/
nibus suis exceptionibus si que sibi competebant ante responsionem. Et si
reus esset ita dure ceruicis q̃ non posset facere euꝫ respondere: vel responde
ret negando vel cõfitendo: ex tunc lis legittime contestata sit ⁊ pro cõtestata
habita legitime: etiam huius statuti auctoritate super cõtentis ⁊ de conten/
tis in dicta inquisitione. Dicto autem rei scripto vel lite contestata vel ꝑ con
testata habita vt supra si reus responderit confitendo contenta in inquisitio
ne in toto vel in parte sic q̃ possit propter ea cõdemnari detur reo cõfesso ter
minus defensionis ad arbitrium statuentis. Si aũt nõ responderit vel respõ
derit negando sic q̃ non possit ꝓpter ea cõdemnari: recipiãtur testes qui ta/

ctis

ctis scripturis corporaliter iurent dicere veritatem super dicta inquisitione
⁊ contentis in ea: ⁊ diligẽter interrogentur vt causam sui testimonij reddant
seu dicant. Testibus vero receptis si taliter fuerit probatum per ipsos testes
q̃ possit cõdemnari reus: teneatur iudex dare terminũ defensionis octo die/
rum illi cõtra quem inquiritur vel minus arbitrio statuentis. Si autez taliter
fuerit probatum testibus q̃ reus videatur tormentandus: tunc iudex possit
ad tormenta ꝓcedere: ⁊ eo de tormentis deposito in actis scribatur dictũ tor
mentati: nec ad questionẽ iterum repeti possit nisi indicijs alijs superuenien/
tibus: ⁊ debeat iusdicens statuere terminum exemplandi ⁊ notandi testes ⁊
acta ⁊ instrumenta: ⁊ disputandi ⁊ allegandi pro modo ⁊ qualitate cause an
tequam cõdemnet reum propter probationes testium vel istrumentorũ si pe/
tatur. Quibus sic peractis teneatur ⁊ debeat dictus dominus potestas ⁊ iu
dex maleficiorũ procedere ad cõdemnationẽ vel absolutionez intra dies. xl.
sub pena predicta: ⁊ nihilominus dicto termino elapso duret instantia cause:
⁊ potestas cõdemnare vel absoluere teneatur ⁊ debeat. Saluo q̃ in illis in/
quisitionibus vbi iudex ex forma statuti vel iuris inquirit de fama alicuius:
antequam faciat inquisitionẽ contra eũ predicta locum nõ habeat: sed facta
inquisitione de fama predicta locũ habeant. Et q̃ suprادictũ est ꝗ nomine ⁊
cognomine accusati seu denũciati vel inquisiti inculpati vel offensi in accusa
vel denũcia vel inquisitiõe apponendo non vẽdicet sibi locum in forensibus
quorum nomina vel cognomina ignorãtur. Et si inculpatus titulo inquisitio
nis formato non esset in fortia potestatis papie ⁊ cõmunis sufficiat q̃ requi/
ratur propter maleficium ad domum vbi habitat vel habitare cõsueuit vel
personaliter. Et si certam habitationem in ciuitate vel in territorio papie nõ
habet nec habere cõsueuit vel habet vel habere cõsueuit: sed est in tali loco ĩ
quo seruitores cõmunis papie cõmuniter nõ audeãt ire vel requirere sine pe/
riculo persone: nõ requiratur nisi ad locum vbi maleficium perpetrasset in ci
uitate vel territorio papie: ⁊ ad arengeriam sono tube premisso. Et si locus
maleficij esset extra territorium papie vel esset intra territorium: sed seruito/
res cõmuniter non auderent eo ire sine periculo sue persone citetur ⁊ requi/
ratur bis voce preconia sono tube premisso super arengeria communis pa/
pie de dicto ⁊ pro dicto maleficio: de quo ⁊ pro quo contra eum proceditur.
Et factis dictis duabus citationibus cum interuallo ad minus vnius diei
habeatur reus legittime citatus ⁊ pro legittima citatione habeatur. In di/
cta autem citatione seruitoris vel preconis debeat exprimi maleficium saltez
in genere propter quod fit citatio: ⁊ in relatione seruitoris fienda de citatio/
ne debeat scribi si est facta personal̃r vel ad domuꝫ: ⁊ si ad domuꝫ in qua por
ta ⁊ parochia si est in ciuitate: ⁊ in qua terra si est in territorio. Et iusdicens
seruitori teneatur dare vel dari facere in scriptis formam requisitionis si/
gnatam suo proprio sigillo continentem maleficium in genere vt supra pro/
pter qõ citatur. Et seruitor dictam citationis formam sibi in scriptis datam
vt supra teneatur dimittere ⁊ relaxare requisito si eum personaliter requisi/
uerit: vel ad domum eius habitationis si illuꝫ ad domum requisiuerit: vel ad
locum maleficij ⁊ ad arengeriam si illum ad dictum locum requisiuerit. Et si
plures fuerint inculpati in accusatione vel denuncia vel inquisitõne citentur
omnes: ⁊ sufficiat vni ex eis suo ⁊ aliorũꝫ nominibus illam dimitti. Et si reus
taliter requisitus vt supra vel citatus non venerit vel si venerit ⁊ termin⁹ sta/
tutus fuerit ⁊ ad illum non venerit per se nec per procuratorem in casu in
quo possit venire per procuratorem ⁊ titulo non respondeat confitendo vel

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

negando ipse in banno ponatur super arengeria cõmunis papie sono tube
premisso iudice sedente pro tribunali penes arengeriam propter quod con/
tra eum procedit octo dierum spatio sibi dato :cuius banni terminus predi/
ctus prorogari non possit nisi ex causa ⁊ semel tantum arbitrio iudicentis.
Et si per illos octo dies per requestam vel terminum steterit scriptus in bã/
no ⁊ non venerit habeatur pro ꝓterito conuicto ⁊ confesso:siue procedatur p
accusam vel denunciam vel inquisitionem super his ⁊ de his de quibus in/
culpatus est ⁊ que in titulo contra eum formato continentur. Et his per trãs/
cursum banni habeatur pro legitime contestata ⁊ confessata quocunqꝫ titu/
lo ex predictis contra eum procedatur. Dictum autem bannum non detur
nisi in ipso banno maleficium fuerit expressum in genere vt supra: ⁊ nomen
seruitoris vel preconis qui citauit:⁊ nisi prius relatio seruitoris in quinterno
seu actis fuerit scripta:vel relatio preconis si interuenerit vt supra: ⁊ nisi iu/
dex fuerit presens vt supra. Et si aliter fiat non valeat bannum. Et si banni/
tus predictus banno curso in fortiam domini potestatis vel cõmunis papie
peruenerit ⁊ fuerit bannitus de maleficio de quo pena sanguinis ingeratur
non tamen condemnatus:ꝙ tunc eidem dominus potestas vel eius iudex ma
leficiorum statuat terminum decem dierum ad omnem suam defensionem fa/
ciendam super maleficio banno ⁊ processu ⁊ non vltra:nisi videatur iudici.
Et si infra dictum terminum iustam defensionem fecerit absoluatur. Et si de
fensionem non fecerit vel non iustam vel facere noluerit condemnetur ⁊ pu/
niatur principaliter ⁊ exequatur de maleficio ⁊ pro maleficio in inquisitio/
ne denunciatione accusa ⁊ banno contento. ¶ Si autem fuerit bannitus de
maleficio de quo non ingeratur pena sanguinis etiam non condemnatus:ꝙ
tunc absq; dicta defensione ⁊ absq; alicuius alterius dillationis communis
transcursus expectatione:sententia super ipso banno feratur ⁊ exequutioni
mandetur. Et de eo quod supradictum est ꝙ non habeat certam habitatio/
nem in papia vel in territorio:vel ꝙ non audeatur iri per seruitores sine pe/
riculo persone stetur dicto cum sacramento duorum seruitorum cõmunis pa/
pie ante bannum datum deponentiũ:quorum dictum ante bannum scriptum
sit in quaterno siue in actis publicis dicti iudicis. Quocunqꝫ autem modo
predictorum trium contra eum procedatur inquiri denunciari ⁊ accusari po/
test ⁊ quodlibet ipsorum fieri omni die ⁊ tempore non feriato ⁊ etiam feria/
to solemni ⁊ non solemni ⁊ omnia ⁊ singula suprascripta ⁊ etiam condemna
tio ⁊ sententia dari ⁊ exequutio fieri. Que omnia ⁊ singula suprascripta va/
leant ⁊ teneant lege aliqua non obstante in contrariũ faciente. ¶ Hoc addi/
to ꝙ in casu vbi inculpato ĩgeratur pena sanguinis ⁊ propterea fuerit requi/
situs vt supra teneatur personaliter ⁊ non per procuratorẽ coram dicto iudi/
ce cõparere non obstante ꝙ monstretur offensum bãnitum eẽ de maleficio:⁊
non obstante aliqua alia excusatione per quam diceretur impediri debere p/
cessus. Sed personaliter compareat ⁊ respondeat saluis suis exceptionibus
vt supra. Hoc etiam addito ꝙ in quolibet predictorum processuum inquisi/
tionis accusationis seu denunciationis ciuilis vel criminalis: ⁊ in publico ⁊
in priuato crimine possit ⁊ valeat simul ⁊ semel in eodem titulo seu libello pre
dictorum intentari ⁊ agitari. Et ꝙ propter curatoris vel patris inculpati
quos habet inculpatus vel nõ habet absentiam vel alicuius ipsorum cõsen/
sum non interuentum non vitietur processus factus contra inculpatum ma/
iorem decem ⁊ octo annis:nec confessio ipsius qualiscunqꝫ ⁊ super quocũ/
qꝫ fuerit prestita:siue super his que sunt ad solemnizandum iudicium:siue su/
per

per his que sunt ad veritatis inquisitionem siue indagationẽ siue super aliis
quibuscunqꝫ non vicietur:nec etiam sententia corporalis vel pecuniaria licet
dictus inculpatus minor.xxv.annis fuerit vel patrem habens. Et ꝙ dictus
maior decem ⁊ octo annis pretextu minoris etatis lesionis vel alioꝫ nõ pos/
sit contra suprascripta vel aliquod ex eis beneficium restitutionis vel suppli/
cationis petere cõsequi vel habere nec dari seu concedi eidem possit per ius/
dicentem. Predictũ autem bannũ non canzeletur vel pro canzelato habeat
nisi causa canzelationis fuerit scripta manu notarij illius officij cõtinens no/
men ⁊ cognomen canzelantis:de cuius mandato fuerit facta ⁊ annum ⁊ mẽ/
sem ⁊ diem canzelationis ⁊ aliter facta nõ valeat. Et iudex maleficioꝫ tenea
tur ⁊ debeat omne preceptum impositionẽ licentiam citationẽ ⁊ quẽlibet actum
qui fieri contigerit per aliquem seruitorem coram ipso vel ipsius parte in cri/
minalibus nomen suum ꝓpriuꝫ scribere. Et si aliter factum fuerit non valeat
ipsa citatio monitio preceptũ licẽtia vel impositio. Hoc addito ꝙ iudex male
ficioꝫ in citari faciendo accusatũ vel inquisitum teneat ⁊ debeat facere impo/
sitionem seruitori:in qua impositione describi debeat per notariũ maleficioꝫ
totus tenor inquisitionis ⁊ accuse de verbo ad verbum ꝓut in ea continetur:
⁊ scribere se in fine impositionis:⁊ per dictum notarium etiam scribatur cum
anno die ⁊ mense impositionis sub pena librarũ.xxv.notario qui dictam cita/
tionem ⁊ impositionẽ aliter scripserit. Et postea quando seruitor retulerit te/
neatur notarius scribere diem relationis ⁊ locũ vbi inquisitus seu accusatus
repertus fuerit sub dicta pena. Et ꝙ bannum totum ⁊ tenorem ipsius dictus
notarius teneatur extendere in actis dicti officij maleficiorum ⁊ aliter non
valeat. ¶ Si vero infra octo dies bannitus comparuerit teneatur mandato
iudicis notarius dictum bannum canzelare hoc modo. Canzelatum est in fra/
scriptum bannum per me. A. notarium quia dictus talis bannitus compa/
ruit in dicto termino octo dierũ ideo canzelatũ est. Addentes quoqꝫ ꝙ in da
tione cuiuslibꝫ banni debeat iudex sedere ⁊ interesse prout supꝫ. ¶ Et si aliter
in omnibus predictis factum fuerit seu processum non valeat nec teneat pro/
cessus ⁊ notarius ⁊ iudex puniantur vt supra.

¶ Quo casu obmissio solemnitatis statutoꝫ cõmunis papie non vitiat pro/
cessum factum. Rica.

v **Item** Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ aliquis processus qui de cetero fie/
ret contra publicos ⁊ famosos robatores stratarum homicidas
proditores prefati magnifici domini ꝓditores ciuitatis ⁊ locorum districtus
papie ⁊ sodomitas non possit vitiari pretextu alicuius solemnitatis statuto/
rum vel reformationum communis papie obmisse. ¶ Et intelligantur quan/
tum ad hoc publici ⁊ famosi si alias de simili maleficio essent banniti vel con
demnati.

¶ Ad accusati vltra numerum quinqꝫ de aliqua terra papie homines loci
possint se per sindicum cõmunis loci defendere ⁊ in quo casu. Rica.

vj **Item** Statuimus ꝙ si aliquis fecerit aliquo modo accusationẽ vel de/
nunciationem aliquibus hominibus alicuius loci terre papie in
qua sint ĩculpati vltra numeꝫ qnqꝫ ꝓsonarũ Sindicus dicti loci possit dictos
accusatos defendere sine eo ꝙ ipsi accusati teneat ꝓsonaliter venire:nisi pro/

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

cederetur de eo vnde pena sanguinis posset ingeri.

¶ Qd̃ iusdicens inculpato teneatur dare fidantiam de alijs delictis de quibus non proceditur contra eum: ⁊ quando non.

vij **Item** Statuimus q̃ si cõtigerit per dñm potestatem papie vel eius iudices procedi contra aliquem per inquisitionez vel accusam vel denunciam de aliquo crimine contra eum factam: ⁊ per inculpatum vel eius procuratorem petatur fidantia antequã compareat de alijs delictis ante dictum delictum pro quo contra eum proceditur perpetratis: dictus iusdicens teneatur ⁊ debeat dicto inculpato fidantiam dare predictã: dũtamen dictus iusdicens procedat contra inculpatum de crimine qd̃ imponit penam relegatione maiorem ⁊ datam seruare teneatur. Saluo q̃ non obstante fidantia ꝑ dicto crimine pro quo contra eum proceditur in carcere detinebitur donec super ipso de quo proceditur fuerit diffinitum. Si autez proceditur de crimine cuius pena est relegationis vel infra vel ciuiliter conuenitur tunc dictam fidantiam dare non teneatur: sed si dederit eam seruare teneatur: nec fidantia durante qui eum presentaret aliquod premiũ statui mereatur. Et eum affidatum vt supra offendens penam incurrat bannis vel condẽnationibus obstãtibus ⁊ nõ obstãtib⁹ aliquib⁹ statutis generalib⁹ vel spãlib⁹ in ꝯriũ faciẽtib⁹.

¶ Quo casu remissio tollat processum: ⁊ quo non. ℞ica.

viij **Item** Statuimus ⁊ ordinamus q̃ si contra aliquẽ fieret processus maleficij ⁊ offensus ante diem sententie vel condemnationis fiende remisserit maleficiũ sibi ꝑ aliquẽ factũ: ⁊ ꝑ cessuz: ⁊ iniuriã possit hoc impune facere: nec vlterius ꝑcedat̃ per officũ vel alio mõ: nisi forte esset de illis criminibus in quibus pena sanguinis ingeri põt ꝑ ꝓpter qd̃ maleficiũ ꝯtra euz procedatur ⁊ ꝑcedi possit: ⁊ nisi in ꝑcussione vel vulneratione cum armis ⁊ cum sanguine: ⁊ nisi alio statuto aliter caueatur: quibus casibus ⁊ quolibet ipsoꝝ procedatur ⁊ procedi possit non obstante dicta remissione.

¶ Quo casu inculpatus de maleficio incarceretur: ⁊ quo non. ℞ica.

viiij **Item** Statuimus q̃ accusatũ vel inquisitũ vel aliter ex officio detentũ seu ꝑ maleficio seu ꝑ maleficijs in quibus non ingerat̃ pena sanguinis: dñs potestas ⁊ eius curia teneat̃ dũtamen nõ sit apparenter bãnitus vel condẽnatus cõi relaxare satisdatõe cõpetenti recepta de soluẽdo omne ⁊ totum id in quo fuerit ꝓdemnandus: ⁊ prius dicto detenti recepto sup eo sup quo ꝯtra eũ ꝑcedit̃. Si aũt ingerat̃ pena sanguinis tũc ĩculpatus nõ relaxet̃ ante penam sibi datam cum effectu: sed in carcerem publicum ponatur ⁊ detineatur donec fuerit vel absolutus vel ꝓdẽnatus: ⁊ ꝓdemnatõis de eo facte exequutiõez corporalez substinuerit. Saluo q̃ testes possint detineri donec testimoniũ phibuerint sup titulo formato: bãnitos aũt ⁊ cõdẽnatos ⁊ quẽlibet ipsorum potest in carceré detinere donec soluerint qd̃ debẽt: vel penaz substinuerint corporalem non obstante q̃ fideiussores velent prestare.

¶ Qd̃ iusdicens possit compellere testes ad testificandũ de maleficijs qualiter ⁊ qua pena. ℞ica.

Item

x **Item** Statuimus q̃ iusdicens possit ⁊ valeat ex officio summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij ⁊ absqz aliqua solemnitate ⁊ processu si ipsi iudici videbitur constringere omnes ⁊ singulos testes ad testificandum super inquisitionibus denunciationibus ⁊ accusationibus ⁊ super ipsis ⁊ que in ipsis continebunt̃. Et eos non testificantes punire ⁊ condẽnare contumaces ad ipsius iudicis voluntatez inspecta qualitate persone inculpate ⁊ qualitate delicti de quo contra inculpatũ proceditur.

¶ De quibus causis habeat locum tortura: ⁊ de quibus non. ℞ica.

xj **Item** Statuimus q̃ nemo de ciuitate papie vel districtu seu territorio subijciatur questionibus vel torturis nisi sit famosa persona: vel nisi calumnietur legitimis indicijs precedentibus de furto: vel de moneta falsa vel mancha vel tonsa: vel de ꝑditione ciuitatis: vel alterius vniuersitatis: vel singularis persone: vel de percussione cum armis ⁊ cum sanguine: vel de sodomia: vel homicidio: vel de assasinamẽto: vel de veneficio: vel de incẽdio: vel de robaria: vel de carta falsa: vel alijs scripturis falsis: vel de testimonio falso: vel de raptu: vel de stupro honeste mulieris: vel de receptatiõe scienter facta tam causa furti q̃z furum vel latronum vel rerum derobatarũ: vel bannitorum de maleficio ex quo ingeratur pena sanguinis: vel rebellium vel guerariorꝝ: vel auxilio consilio vel fauore ipsis rebelibus ⁊ guererijs vel inimicis scienter dato: vel nisi deprehensus fuerit in furto vel in furtis: vel cuz gariboldellis vel alijs preparatorijs instrumẽtis ad furtuz faciendu: vel de priuato carcere: vel de crimine lese maiestatis: vel de incisione burse: vel de incisione malee: vel de insultu facto ꝑ capiendo personaz vel rem: vel de pace rupta alicui terre vel persone quam cõmune papie cuz ea habeat: vel de preparatione delicti facta contra ciuitatem papie vel statum presentẽ: vel de parlamento facto cum rebelibus ⁊ guererijs cõis papie scienter de guererijatione facta cõtra cõmune papie de castro vel fortilicia. In quibus casib⁹ ⁊ modis ⁊ in alijs grauibus atrocioribus ꝑ put in religione iudicantis videbitur possit subijci tormentis indicijs legitimis ꝑcedentibus ⁊ nõ aliter: ⁊ apparentib⁹ in scriptis: ꝓsiderata psona ⁊ qualitate psone rei ⁊ factoꝝ. Et aliter q̃z supra dictum est nõ subijciatur sub pena potestati contrafacienti libraꝝ quinquecentum applicandarũ camere magnifici domini pro medietate ⁊ pro alia medietate cõmuni papie: ⁊ iudici vel alij officiali librarũ centum papien. applicandarum vt. s̃. Quilibet autẽ qui nõ sit de papiensi districtu vel territorio possit subijci in predictis casibus ⁊ quolibet ipsorum vt. s̃. dictum est: ⁊ etiaz in quolibz alio casu maleficij indicijs tamen legitimis precedentibus vt. s̃. ⁊ nõ aliter. Testes autem non subijciantur tormentis nisi dixerint se facto interfuisse vel vacillent vel dixerint falsa vel varia. Que oia ⁊ singula vendicent sibi locum non obstante aliqua lege in contrarium faciente.

¶ Qd̃ in dilationibus non computetur dies termini: nec prorogatio termini arctet primuz terminum. ℞ica.

xij **Item** Ad omne dubium remouendum statuimus q̃ in qualibet dilatione siue fuerit data ꝑ iusdicentẽ siue aliter dies termini in dilatione minime cõputet̃. Et si contigerit terminũ ꝓrogari terminus assignatus in ꝓrogatõe tunc demũ incipiat currere finito prio termio: nisi aliquo statuto

НАУКОВО-ДОВІДКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

in aliquo predictorum casuum contrarium seu aliter caueatur.

¶ De pena accusantis falso seu denunciantis vel non falso non ꝓsequentis vel non probantis. Rica

xiij **Item** Statuimus ꝙ quelibet persona ⁊ cõitas que deinceps denũciauerit vel accusauerit aliquam personam vniuersitatem vel cõitatem coram dño potestate papie vel eius iudice maleficiorꝫ teneatur ⁊ debeat eam prosequi ⁊ probare infra terminũ quindecim dierum post accusationem vel denunciationẽ a die responsionis rei in antea numerandorꝫ currentem vel infra terminũ per iudicẽ statutum si statutus fuerit: ⁊ si secus fecerit siue fuerit singularis persona siue cõitas que denunciauerit vel accusauerit si denunciatus vel accusatus erat denunciatꝰ vel accusatus de crimĩe de quo pena mortis ingerebatur puniatur qui vel que non fuerit ꝓsequutus vel ꝓsequuta vel non probauerit in libris quinqꝫcentũ papieñ. ꝑ quolibet accusato vel denunciato. Si autem de alio crimine ex quo alia pena sanguinis ingerat̃ vt de amputatione membri vel officij membri puniat̃ cõi papie in libris trecentum papieñ. Si vero aliter pena sanguinis ingerat̃ vel aliter corporaliter veniat puniendus cõdemnet̃ in libris ducentis papieñ. quas penas teneat̃ soluere infra tres menses ꝓxime tunc sequentes qõ si nõ soluerit publice fustigetur per ciuitatẽ papie: ⁊ eidẽ pforent̃ aures cũ ferro calido. Si vo ex eo ex quo pena pecuniaria ingerat̃: puniat̃ in libris centũ papieñ. si pena fuisset maior ipondẽda accusato libris quinquecentum papieñ. si vero abinde infra in libris. xxv. papieñ. Saluo ꝙ pro qualibet cõitate accusata vel denunciata ⁊ nõ ꝓsequuta puniat̃ qui accusauit vel denunciauit vt. s. cõi papie: quaꝫ penarũ medietas veniat applicanda cõi papie: ⁊ alia medietas dãnum passo. Et in quolibet suprascriptorꝫ vltra predictas q̃ztitates puniat̃ denũciator vel accusator: accusatrix vel denũciatrix: accusato vel denunciato: accusate vel denũciate in expensis omnibus factis occasione denũciatiõis vel accusatõis per accusatũ vel denũciatũ: quas expensas. d. potestas tpe ꝯdẽnationis vel absolutionis fiende teneat̃ taxare vinculo sacramẽti: de quibꝰ stari debeat sacro in accusa vel denuncia inculpati vel inculpate facta taxatione prius per iudicẽ. Et dicte expẽse peti possint ⁊ exigi summarie sine strepitu ⁊ figura iudicij omni iuris ⁊ statutorum solẽnitate obmissa: quas exigere teneat̃ ⁊ debeat. d. potestas ⁊ quilibet eius iudex: vt pignorando robando capiendo detinendo ⁊ incarcerando: ⁊ oĩa ⁊ singula alia iuris remedia exercẽdo. ℣ Hoc addito ꝙ predicta locum non habeant in accusis ⁊ denuncijs que fient per consules ⁊ potestates ⁊ rectores omnium terrarum vel per ipsa cõmunia nec in illis que fient per cõsules anzianos vel parochianos alicuius parochie seu vicinie parochiarum ciuitatis ⁊ burgorum papie. Et superaddentes ꝙ si accusatio vel denunciatio appareret falso data vel facta eo quia non constaret de personа vel personis accusantis seu dennnciantis: habeant locum pene in posite in statuto posito sub rubrica de pena falsum comittentis ⁊c̃. Et tunc vltra dictam penam puniatur in expẽsis vt supra dictum in omnibus ⁊ per omnia.

De pena illiꝰ q̃ i deũ vl̃ scẽm blasfemãdo vl̃ alia ỹba turpia dicẽdo ꝯmisserit.

xiiij **Item** Statuimꝰ ꝙ nemo debeat destrauare vel blasfemare vl̃ alia turpia verba dicere de deo in deũ beatã mariã virginẽ vel aliquem sanctum

sanctum vel sanctam. Et qui ꝯtrafecerit soluat sine aliqua ꝯdemnatione fienda vel ꝓcessu fiendo libras. x. papieñ. ꝑ qualibet vice ⁊ minꝰ arbitrio iusdicentis. Et si predictam penam soluere non poterit vel nõ soluerit: ꝙ ponat̃ ad cathenã publice in curia cõis papie: cuiꝰ pene medietas sit accusantis ⁊ alia cõis. Et in ꝑdictis nõ hẽat locũ pax nec remissio nec ꝯfessionis bñficiũ: ⁊ credatur accusatori cũ sacramento ⁊ vno teste fide digno ⁊ teneantur secreti.

¶ De pena patharini a fide catholica deuiantis. Rica.

xv **Item** Statuimus ꝙ patharini personaliter examinati a viris ecclesiasticis si euidenter inuenti fuerint a fide catholica deuiare viui in conspectu populi cõburantur: ⁊ idem fiat de similibus sectis.

¶ De pena dicentis iniuriam alicui priuato in iudicio vel extra.

xvj **Item** Statuimus ꝙ nullus debeat dismentire aliquẽ in iudicio vel extra nec destrauare nec verba iniuriosa dicere: ⁊ sigs ꝯfecerit puniatur in solidis centũ papieñ. si in iudicio. i. coram ptãte vel aliquo de iudicibus suis vel de ꝯsulibus iustitie: vel aliquo estimatorꝫ vel alio iusdicente cõis papie cõmisserit aliqõ predictorꝫ. Si aũt extra iudiciũ in solidis. xl. papieñ. ⁊ minus si potestati videbit̃. Et ꝑdicta locũ nõ habeãt si pater filio dixerit: vel maritus vxori: vel magister discipulo: vel dñs seruienti: vel frater fratri simul habitanti: vel patruus nepoti: vel socrus vel socera genero aliqõ predictorũ extra iudiciũ: nec in vilibus personis inter se extra iudiciũ. Siquis vero dixerit alicui proditor ꝯdemnetur in libris. x. papieñ. cuius pene medietas peruenat in offensum ⁊ alia medietas in cõe papie. Et si que statuta sint que imponãt maiorem penam ꝙ ipsa omnia sint cassa ⁊ irrita ⁊ pro cassis ⁊ irritis habeantur ⁊ teneantur quantum ad pene impositionem.

¶ De pena facientis insultum contra priuatam personam. Rica.

xvij **Item** Statuimus ꝙ nullus debeat insultum facere ꝯtra aliquam personam cum armis vel sine armis: ad domum vel alibi: publicã vel priuatam: nec insultum facere ꝓ robando vel capiendo personã vel rem: nec insultum cũ ferita vel pcussione. Et qui ꝯtrafecerit si fecerit insultum ꝯtra potestatem puniat̃ in auere ⁊ persona vel in altero tantum in arbitrio ipsius dñi potestatis inspecta qualitate facti ⁊ personarũ. Et si ꝯtra alium eius officialẽ puniatur in libris. cc. papieñ. ⁊ minus arbitrio suprascripto. Si vero fecerit insultum cum robaria vel insultum pro capiendo vel robando aliam personã vel rem puniat̃ vt i infrascripto statuto posito sub rubrica õ pena robatorꝫ ⁊c̃. ℣ Si autem fecerit insultũ cum ferita vel pcussione puniat̃ vt in infrascripto statuto posito sub rubrica de pena illius qui vulnerauerit vl̃ pcusserit aliquẽ. ℣ Si autem fecerit insultum ꝯtra aliquem cum armis ⁊ sine percussione vel ferita ad alicuius domũ in ciuitate papie vel burgis ciuitati coherentibus puniatur in libris ducentis papieñ. si fuerit de nocte: ⁊ si fuerit de die in libris centũ papieñ. Si autem domus fuerit in burgo villa vel castro terre papie: si fuerit de nocte in libris centũ papieñ. ⁊ si de die puniat̃ in libris qnquaginta papieñ. ⁊ minus arbitrio ptãtis vt. s. Si aũt sine armis fecerit insultũ ad domũ puniat̃ in q̃ztitate minori arbitrio ptãtis i specta q̃litate pſone ⁊ fci. ℣ Si aũt

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНТУ імені М. ІВАНИЧИКОВА

fecerit insultum alibi q̃z ad domum contra aliquem si cuz armis fecerit ⁊ sine percussione vel ferita si fuerit de nocte puniatur in libris.xxv.papien̄. Si de die in libris decez papien̄. si ille qui fecerit insultum fuerit masculus:si autem fuerit femina vel rusticus puniat in minori quãtitate arbitrio dñi potestatis. Si vero fecerit sine armis puniat in minori quãtitate q̃z si cuz armis fecisset. Saluo q̃ si ille qui dictuz insultum fecerit esset castelanus alicuius castri:vel esset aliquis habens iurisditionez in aliqua villa vel potestas alicuius loci q̃ tunc puniatur in dupluz eius qd̃ puniret persona insultans iurisditionẽ non habẽs.Et saluo q̃ si dictus insultus factus fuerit in palatio populi cõmunis vel in domibus potestatis cõmunis papie:vel in curia cõmunis papie:vel in atrio sancti Siri:vel in domo dñi episcopi:vel in canonica maiori:vel in aliq̃ ecclesia:vel in platea sancti Sauini prope palatium:vel ante domuz potestatis:vel alibi vbi fierẽt bagurdi vel batalie iudicate:vel in exercitib⁹:vel in caualcatis:vel ad paliũ quãdo curritur puniatur dupluz eius q̃ztitatis qua puniretur si alibi fecisset.Et intelligatur insultus motio persone de loco ad locũ contra personam:⁊ domus habitationis accipit̃ siue propria siue conducta siue gratis habita.¶ Et in predictis oĩbus ⁊ singulis in hoc statuto comprehensis potestas habeat arbitriũ moderãdi ⁊ ꝓdemnãdi in minori q̃ztitate cõsiderata qualitate facti ⁊ conditione personarum.

De pena colligẽtis ⁊ exigẽtis vectigal pedagiũ guadagiũ vl̃ gabellã. Rica

xviij **Item** Statuimus q̃ nulla persona cõe vel vniuersitas exigat vel exigi faciat aliquod vectigal vel pedagiũ transituz ⁊ viaticum tholomeum decimaz datiuz vel gabellaz seu aliud simile:vel aliam exactionẽ quouis nomine censeant̃ in ciuitate ⁊ districtu seu territorio papie in terra:nec in aqua portum habere:vel tenere aliquam nauiz vel teneri facere in pado vel in ticino vel in aliqua aqua cõis papie,p transuersando psonas vel res:nisi illud dispositũ fuerit per cõe papie. Et si quis ꝗ̃ fecerit ĩ pdictis vel aliquo predictoꝝ puniat ⁊ ꝓdemnet̃ in libris.x.papien̄.,p quolibet ⁊ qualibet vice qua ꝓtrafecerit:⁊ vltra ad restitutionẽ quadrupli eius qd̃ exactũ vel receptũ esset occasionibus premissis ei a quo exactum vel pceptum fuerit.

¶ De pena illius qui vulnerauerit vel pcusserit aliquem. Rica.

xviiij **Item** Statuimus q̃ nullus debeat aliquez vulnerare ferire vel pcutere cum armis vetitis vel sine.Et siquis cõtrafecerit si percusserit ferierit vel vulnerauerit:⁊ si cuz armis vetitis ⁊ sanguis exiuerit puniat in libris centũ papien̄.per dñz potestatẽ.Et si sanguis nõ exiuerit puniat ĩ libris quinq̃ginta papien̄.Si ꝗ̃ cõmisserit vt.s̃. sine armis vetitis ⁊ sanguis exierit puniat in libris.l.papien̄.Et si sanguis non exiuerit in libris.xxv.papien̄. Si aũt pcussio vulneratio vel ferita fuerit sine armis aliquib⁹ vetitis vel non vetitis:vel aliquẽ scarpinauerit:vel in terrã tirauerit vel butauerit siue ,pieceritpunit in medietate eius de quo puniret si cũ armis nõ vetitis fecisz vt.s̃. habita distinctõe:si sanguis exiuerit vel nõ:vz ĩ libris.xxv.si sanguis exiuerit ⁊ in libris.xij.⁊ soldis.x.si sanguis nõ exiuerit.Saluo q̃ si aliqd̃ pdictoꝝ fecerit in palatio nouo cõis papie:vel in alio loco simili quo ad duplicationez pene posite in fine superioris ,primi statuti positi sub rubrica de pena facientis insultuz ⁊c̃.q̃ tunc ⁊ eo casu puniri debeat in duplũ eius q̃ztitatis in qua puniretur

niretur si alibi fecisset.Si vero ex aliquo predictorum delictoꝝ vel aliquibus occulum alicui euulserit:vel occulum vel nasum amputauerit vel alicuius mẽbrum vel membra amputauerit vel debilitauerit:condemnetur ⁊ cõdemnari debeat per dñm potestatez in libris.cc.papien̄.Quas si infra quindeciz dies a die condemnationis numerandos non soluerit cõi papie in pecunia numerata:simile membrũ membro euulso amputato vel debilitato eidem amputet̃ taliter q̃ a corpore separet̃.Si autẽ pcussio facta fuerit alicui in facie ex qua percussione cicatrix apparitura vel remansura erit:q̃ tũc puniatur cõi papie in duplum eius q̃ztitatis qua punire deberet si non remaneret vel nõ apparet vt supra.Et arma vetita intelligant̃ illa notata in infrascripto statuto posito sub rubrica de pena portantiũ arma.Nõ vetita autez intelligant̃ oĩa alia ex quibus noceri pót dũmodo nõ fuerint ex hominibus pcutiẽtibus seu vulnerantibus personã.Predictis addentes q̃ vbi nõ membrũ sz officiũ mẽbri amputauerit puniat ⁊ ꝓdemnet̃ in libris ducentum papien̄.

¶ De pena illius qui prinatum carcerem in aliquem cõmisserit vel aliquem ceperit vel redimere fecerit aliquem. Rica.

xx **Item** Statuimus q̃ nemo debeat p̃uatũ carcerẽ tenere vel facere:vel aliquẽ redimi facẽ:vel aliquẽ sua aucte capere:vel aliquẽ trabutare:vel aliqd ex pdictis fieri facere:⁊ si ꝗ̃ fecerit priuatũ carcerẽ faciendo vel tenendo vel fieri faciendo decapitet̃ ita q̃ moriat̃.Et si trabutauerit aliquez vel sua auctoritate ceperit vel capi fecerit puniat̃ p dñm potestatẽ in auere ⁊ persona:facti ⁊ persone qualitate ⁊ quantitate pensatis.

¶ De pena illius qui homicidiũ cõmisserit. Rica.

xxj **Item** Statuimus q̃ nemo debeat homicidiũ aliqd̃ comittere:⁊ si contrafecerit potestas papie teneatur si in eius fortiam peruenerit eidẽ facere caput aspatulis amputari ⁊ taliari taliter q̃ a corpore separent̃. Et si in eius fortiã non puenerit teneat̃ potestas eum ponere vel poni facere in banno cõis papie de homicidio predicto octo dieruz spatio sibi dato:quo transcurso habeat̃ de homicidio pro preterito ⁊ ꝓfesso Et tanq̃z preteritus ⁊ confessus de homicidio vt.s̃.puniatur.Saluo ⁊ reseruato qd̃ dictuz est supra in statuto sub rubrica qualiter in ĩquisitiõibus ⁊c̃.¶ Bona vero ipsius homicide perueniant ⁊ peruenire debeant pro medietate in heredes occisi. Quaz medietatẽ dominus potestas ⁊ iudex maleficioꝝ teneatur vinculo sacramẽti si fuerit requisitus seu fuerint requisiti tradi facere dictis heredibus ipsius occisi.¶ Alia vero medietas dictorum bonoꝝ dicti occisoris perueniat in cõe papie.Saluo iure creditorum ⁊ aliorum habentiũ meliora iura in dictis bonis.Et saluo iure descendentiuz talis bãniti pro legitima debita iure nature. Et predicte pene locum habeat nisi occisus esset bãnitus cõi papie legittime de maleficio tali quo debeat ipse bannitus mori si in forciã cõis papie fuisset: vel nisi de nocte in domo vel curte sua eum inuenerit ad vxorem vel sororem vel filiam vel matrem turpiter vel malo modo cum eis vel aliqua ipsaꝝ conuersantez vel furantẽ.¶ Et intelligat̃ q̃ztum ad pdicta homicida qui suis ,pprijs manibus hoĩez occiderit.¶ Si aũt aliter homicidiũ cõmiserit puniat̃ in auere ⁊ psona arbitrio dñi ptãtis ĩspecta qlitate facti delicti ⁊ psone ⁊ legib⁹ romanis:nisi alio statuto cõis.pp̃.spãlit̃ aliter caueat̃. Et supscriptũ statutũ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ꝛ omnia ꝓtenta in ipso locũ habeãt ꝛ seruenť:nõ obstante aliquo statuto nec aliquibus verbis derogatorijs vel que facerent in aliquo contra predicta.

¶ De pena assasini ꝛ assasinari facientis ꝛ venefici ꝛ malefici. Rica.

xxij **Item** Statuimus ꝙ assasini ꝛ assasinari faciẽtes aliquẽ vl aliquos capite puniaṅ ita ꝙ statiꝫ moriaṅ:venefici aũt itẽ ꝛ malefici igne exurendi sunt ita ꝙ ꝓfestiꝫ moriaṅ in igne. Et intelligaṅ assasinus qui hoc fecit precibus vel dato vel promisso vel remisso.

¶ De pena sodomite. Rica.

xxiij **Item** Statuimus ꝙ quilibꝫ sodomita debeat ignib⁹ excremari taliter ꝙ moriaṅ. Et intelligaṅ sodomita ipso facto ꝛ iure neduꝫ qui coierit cum masculo:sed etiam de cetero qui coierit cum aliquo bruto animali.

De pena illius qui carnaliter cognouerit monialem. Rica.

xxiiij **Item** Statuimus ꝙ si aliquis aliquã monialem etiam cum voluntate ipsius monialis carnaliter in monasterio vel claustris ei⁹ cognouerit capite puniatur.

¶ De pena mulieris inhoneste vite stantis ꝛ habitãtis in domo alicuius ꝑsbyteri vel alicuius religiosi vel ꝓsecrate psone ad ipsoꝝ postam. Rica.

xxv **Item** Statuimus ꝙ aliqua mulier secularis inhoneste vite nõ audeat vel presumat stare vel habitare ĩ domo habitatõis alicuius presbyteri vel alicuius alterius religiosi vel sacrate persone:vel in alia domo ad ipsorum vel alicuius eorum postam vel petitionez:ꝛ que cõtrafecerit ꝑ qualibet vice condemnetur ꝛ puniatur in libris.xxv.papieñ.quas si non soluerit infra decem dies a die condẽnationis cõnumerandos per ciuitatẽ papie publice fustigetur cuꝫ corona vna papiri in capite:ꝛ de ciuitate papie burgo loco villa districtus papie in quo vel in qua vt.s̃.steterit vel habitauerit expellatur. Etiaꝫ ĩtelligatur quantuꝫ ad predicta mulier inhoneste vite que ꝑ predictos vel aliquem predictorum carnaliter cognoscatur:vel ꝙ ibi ad ipsoruꝫ postam vel petitionem steterit vel habitauerit vt.s̃.si de predictis sit publica vox ꝛ fama.

¶ De pena illius qui abstulerit vel aufferri fecerit vel fugere fecerit vel ad fugiendu aduocauerit ꝛ aufferenti auxilium dederit aliquẽ carceratum vel captum ꝛ de pena impedientiũ capere vel captũ detinere. Rica.

xxvj **Item** Statuimus ꝙ quilibet qui deinceps abstulerit vel aufferri fecerit vel facere vel fieri facere ausus fuerit aliquem carceratum cõmunis papie vel district⁹ q captus esset vel detentus mãdato vel auctoritate domini potestatis vel sui iudicis vel militis vel consulis iustitie papie:vl per aliquem predictoruꝫ vel aliquem alium officialem cõmunis papie:vel ꝑ aliquam aliam personam habentẽ auctoritatẽ capiendi vel detinẽdi. Et ꝙ quilibet q aliquẽ ꝑdictoꝝ carceratoꝝ vel captoꝝ vel detentoꝝ fugere fecerit vel aduocauerit

aduocauerit vt fugeret ꝛ quilibet qui dederit impedimentũ alicui ꝑdictoruꝫ vel baruarijs dñi ptãtis papie vel alij volenti capere aliquem ex dicto precepto:vel captũ dare aliquẽ ex predictis:vel aliquem malefactorem vel bãnitũ cõis papie:vel alicui volenti capere vel captum dare in fortiam cõmunis papie vel alterius cõmunis districtus vel territorij aliquem malefactorẽ vel bãnitum cõmunis papie. Si ille captus seu detentus seu carceratus seu detinẽdus vel capiẽdus esset in tali casu vel peccato vnde vitaꝫ vel membrũ ꝑdere debeat:tũc puniaṅ simili pena predictus qui abstulerit vel aliquid ex predictis alijs cõmisserit. Si aũt non erat in tali casu vel peccato tunc puniaṅ arbitrio domini potestatis:ꝛ nihilominus ad faciendũ cõi papie ꝛ cuilibet alteri cõmunitati vel persone seculari ꝛ ecclesiastice id ad quod tenebatur carceratus seu detentus vel capiendus vel detinendus. Ad que omnia vna cum expensis possit cogi ꝛ valeat per dominum potestatem papie ꝛ quẽlibet suum iudicem summarie ꝛ de plano sine strepitu ꝛ figura iudicij: nec de predictis credatur dicto vel sacramento seruitoris vel baruariorum nisi cum vno teste fide digno.

¶ De pena furis. Rica.

xxvij **Item** Statuimus ꝙ quilibet qui cõmittet furtuꝫ qõ nõ sit robaria vel schachus:vel qui inuentus fuerit ad ipsum furtũ faciendũ licet furtum non habuerit effectũ. Si furtum fuerit valoris solidorũ viginti papieñ vsqꝫ in libris quinqꝫ papieñ.puniaṅ ꝑ primo furto in libris vigintiquinqꝫ papieñ.ꝛ ad restitutionẽ furti vel estimationis. Et si penã nõ soluerit ĩfra decem dies fustigetur publice per ciuitatem papie: ꝛ nihilominus retineaṅ ĩ carcere donec de furto fecerit restitutionẽ. Si vero fecerit furtũ a libris quinqꝫ papieñ.supra vsqꝫ in libris vigintiquinqꝫ papieñ.puniaṅ in libris quinquaginta papieñ:ꝛ si infra decẽ dies nõ soluerit fustigeṅ vt supra. Si vero fecerit furtũ a dicta quãtitate supra vsqꝫ in libris quinqꝫcentũ incidaṅ ei auricula tota. Si vero furtũ fecerit a libris quinqꝫcentũ supra suspendaṅ per gullã taliter ꝙ moriaṅ. Pro secũdo aũt furto a libris quinquecentũ infra duplicet pena vt supra:ꝛ a libris quinquecẽtũ supra suspẽdaṅ vt supra ꝛ vltra puniaṅ ad restõnem vt supra. Pro tertio aũt furto cuiuscũqꝫ fuerit quãtitatis:dũtamen duo prima fuerit quãtitatũ vt supra. Et ét si vltra tria furta cuiuscunqꝫ quodlibet ipsorũ fuerit quãtitatis ꝙ suspendaṅ per gullã. Si aũt primuꝫ vel secũdũ vel vtrũqꝫ fuerit a dicta quantitate infra:ꝙ tunc puniaṅ arbitrio dñi ptãtis in quo arbitrio intelligaṅ ꝙ possit euꝫ facere fustigari. Que pene locũ habeãt nisi furtũ originem habuerit a cõtractu: ꝛ hoc fuerit ptãti notuꝫ siue lis fuerit incepta siue non. Et si alicui factũ fuerit de pluribus rebus de vna domo vel pluribus:vel aliqua res ex rebus furatis inuenta fuerit ĩ domo alicuius ꝛ ꝑbatum fuerit ipsum furtum cõmisisse ex rebus furatis alicuius rei ꝙ presumatur illud tale furtum cõmisisse omniũ aliarum rerũ:ꝛ pinde habeatur ac si furtum oĩum aliaꝝ rerũ cõmisisset. Que pene locũ non habeant ĩ minori decẽ ꝛ octo annis:sed eo casu arbitrio ptãtis puniaṅ. Si quis tamen maior decem ꝛ octo annis bursam furtiue inciderit:vel vacuauerit vel maliã inciderit furtiue. si maliã suspẽdaṅ ꝑ gullã. si aũt bursaꝫ incidaṅ ei manus.

¶ De pena robatoris schachatoris depredatoris spoliatoris insultatoris ꝑ robando seu schacando vel capiendo personaꝫ seu rẽ associantis tẽsantis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hospitantis vel albergantis reducētis tenentis permittētis cōsilium ⁊ auxi/
lium dantis: ⁊ de officio potestatis in predictis. ℞ica.

xxviij **Item** Statuimus q̃ quilibet de papia vel territorio ⁊ quilibet qui ha
bitauerit ibidem ⁊ quilibet qui se reduxerit ibidem qui in ciuita/
te papie vel territorio alicuius alterius ciuitatis burgi castri existētis in pace
treuga vel amicitia cū cōi papie aliquam rē seu res valoris solidorū sexagin/
ta papieñ. prima vice vel pluribus vicibus coaceruatis robauerit: schacha/
uerit: depredatus fuerit: expoliauerit: insultū vel robariā fecerit dicti valoris
si ipm insultū ꝑ robando schacando vel capiēdo personā vel rem dicti valo/
ris fecerit. ⁊ quilibet de papia vel territorio qui ibi habitauerit ⁊ quilibꝫ qui
ibi se reduxerit q̃ aliquem de papia vel territorio extra papiam vel territoriū
robauerit rem seu res dicti valoris ⁊ quilibet q̃ aliqd ex predictis fecerit pu/
niatur hoc modo: vz qd̄ dictus dñs ptās teneatur ⁊ debeat eūdem delinquē/
tem predictis modis vel aliquo predictorū facere manifesta furcha suspēdi
taliter q̃ moriatur. Robaria aūt ⁊ schacus itelligātur ⁊ quodlibet predicto
rum inquātum ad dictam penā imponēdaꝫ robaria seu rapina que facta fue
rit per fortiā seu violentiā extra ciuitatem papie ⁊ burgos ciuitatis papie ⁊
loca castra burgos villas ⁊ terras hītatas habitatos ⁊ habitata. Si aūt fue
rit a solidis sexaginta infra vel fuerit facta intra ciuitatem vel burgos papie
vl loca castra burgos villas ⁊ terras habitatas habitatos ⁊ hītata a solidis
sexaginta papieñ. supra vel infra: tūc intelligat raptor rei mobilis: ⁊ puniat
⁊ puniri debeat per dñm ptātem papie in auere vel psona arbitrio ipsius dñi
ptātis inspecta qualitate ⁊ quātitate rei loci ⁊ persone ac cōditione. Et eodē
modo puniatur arbitrio dñi ptātis in auere ⁊ persona inspecta vt supra qui/
libet qui dictum malefactorem vel aliquem inimicum vel guerrerium cōmu/
nis papie vel baruarium inimicum communis papie: de die vel de nocte: cuꝫ
armis vel sine armis: equester vel pedester associauerit tensauerit hospitatus
fuerit: albergauerit: receptauerit: reduxerit: recepit: tenuerit ⁊ stare pmisserit
in domo sua ꝑpria seu cōducta seu gratis cōcessa: ⁊ quilibet qui eidem male/
factori cōsilium auxiliū vel fauorem dederit seu prestiterit: ⁊ quilibꝫ qui ex p̄/
dictis fecerit. Et qd̄ supradictum est de suspensione per gullam inculpati: ⁊
de punitione in auere ⁊ persona habeat locum: si dictus de aliquo ex predictj
inculpatus in fortiam cōis papie ⁊ domini ptātis peruenerit. Si aūt nō pue
nerit bāniatur de maleficio ex suprascriptis de quo inculpabitur: octo dieruꝫ
bāno sibi spacio dato: quo bāno curso habeatur pro confesso ⁊ preterito. Et
in quolibet p̄dictoꝝ casuū teneatur dñs ptās ⁊ eius iudex maleficiorū vincu/
lo sacramenti ⁊ sub pena librarū centum papieñ. ꝑ quolibet ipsoꝝ cogere ⁊
cōpellere dictū malefactorē ⁊ tenētes ⁊ possidentes eius bona ad restōnem
fiendā dicto offenso seu offensis valoris quadrupli rerum robatarū ⁊ expen
sarum quas dictus robatus iurauerit dicta occasiōe fecisse. Et stetur sacra/
mento derobati taxatiōe premissa. Et hoc infra vnū mensem postquam peti/
tum fuerit restōnem fieri de rebus derobatis. De valore rerum robatarū ste
tur sacramento derobati seu derobatorū inspecta qualitate ⁊ cōditōe psone.

¶ De pena illius qui acceperit terrā de cōib⁹ vijs seu stratj publicis. ℞ica.

xxviiij **Item** Statuimus q̃ quilibet qui acceperit sabionū cretam glareā vel
terram de vijs seu stratis publicis vel de fossatis ciuitatis intus
vel

vel extra ꝑpe tamē ciuitatē per centū brachia: vel de spaldis seu lignamine
spaldorū vel de muris seu lapidibus murorū ciuitatj vel de portis: vel aliquē
clauum tasellū vel trabē de aliquibus pontibus alicuius fluminis accepit: ⁊
aliqd̄ p̄dictorum fecerit puniatur in solidis centū papieñ. qualibet vice: ⁊ be
stie ⁊ paramenta possint libere derobari: quarū medietas sit cuiuslibet accu/
satoris ⁊ alia cōmunis papie. Qd̄ statutū dominus potestas cridari faciat: ⁊
eadem pena sit illi qui pratum camini vel vltra ticinum excoriauerit: vel ibi/
dem cretā acceperit.

¶ De pena occupantis terram cōis papie. ℞ica.

xxx **Item** Statuimus q̃ nullus debeat occupare terrā cōis papie: ⁊ quili/
bet qui non per legittimū titulū descēdentez a cōi papie in se vel
in suū datorem datoris vel aliū descendētem detinet terram cōis papie: te/
neatur ⁊ debeat ipsam terraꝫ infra duos menses ꝑxime vacuare spaciare ⁊
disbrigare ac vacuatam spaciatam ⁊ disbrigatam dimittere ⁊ relaxare di/
cto cōmuni papie. Et si quis in aliquo predictorū cōtrafecerit puniat cōi pa/
pie in libris vigintiquinqꝫ papieñ. ꝑ qualibet vice: ⁊ minus inspecta qualita
te facti: ⁊ quilibet possit denunciare ⁊ accusare ⁊ hēat medietatez facta fide
de p̄dictis. Et dñs ptās eiusqꝫ iudex maleficioꝝ teneatur facere omni mense
de predictis ex officio inquirere: ⁊ dictum statutum singulis duobus mensi/
bus per ciuitatem ⁊ burgos facere cridari.

¶ De pena illius qui violētiam fecerit alicui in ei⁹ possessione. ℞ica.

xxxj **Item** Statuimus q̃ si aliqua psona cōitas seu vniuersitas cuiuscunqꝫ
status ⁊ cōditionis existat deinceps spoliauerit aliquem vel ali/
quam singularē psonā collegiū vel vniuersitatē de aliqua possessiōe alicuius
rei īmobilis que ab aliquo tūc tpis vere possidebat per se vel per aliū ei⁹ no
mine: ⁊ cuius possessionis fructus ab eo percipi cōsueuerūt: vel quorum fru/
ctuum pcipiendoꝝ facultas ad ipm ptinebat ⁊ spectabat: ⁊ qui vere posses/
sor dici possit vel molestauerit vel inquietauerit vel turbauerit in ipsa posses/
sione vel ipsam occupauerit: vel ipm de ipsa possessione spoliauerit: vel alio
modo eidē de possessiōe violentiaꝫ cōmiserit qualitercūqꝫ vel cōmitti fecerit
aliquo ex predictis modis vel alio q̃ illi vel ille qui p̄dicta vel aliqd̄ p̄dictorū
cōmiserit vel fieri fecerit: puniatur ⁊ cōdemnet in libris centū papieñ. si fue/
rit vnus tantū. Et si fuerit ab vno supra exclusiue vsqꝫ ad numerum decē in/
clusiue in libris quinquaginta papiensib⁹ ꝑ quolibet ipsorum. Et si ab inde
supra quotquot fuerit in libris. xxv. p̄p. ꝑ quolibet ipsorum ⁊ minus ꝓ̃m qua
litatez facti ⁊ delicti arbitrio ptātis. Cuius pene medietas sit cōis. p̄p. ⁊ alia
medietas pueniat in offensum. Et nihilominus teneatur offensor p̄dictus re/
stituere possessionem offenso spoliatā vel occupatā: ⁊ cessare a turbatōe occu
patione molestatione vel inquietatione facta fide prius ptāti vel eius iudici
maleficiorum per legittimas probationes ⁊ idoneos testes de violentia: ⁊ ēt
restituere offenso expēsas quas occasione dicte violentie fecerit de quibus
expensis stet sacramento offensi vsqꝫ ad quātitatem librarum quinquaginta
papieñ. sine aliqua taxatione. Abinde vero supra facta taxatione: qd̄ sacra/
mentum facere debeat ⁊ teneatur ante sententiam. Et intelligat condemna/
tio ⁊ taxatio facta si factum fuerit ipsum sacramentum ipsarum expensarum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ante dictam sentétiam. Et iudex teneatur exequutioni mãdare ipsas taxatio/
nes ⁊ condemnatiões expensarũ. Et qõ dictũ est in violentia possessionis nõ
vacantis vt supra locũ habeat etiam in possessione vacante alicuius rei vel
rerum ĩmobilium: ⁊ in quolibet casu predictorũ etiam locũ habeant cõstitu/
tiones ⁊ iura de violentijs tractãtia: ⁊ eaꝝ pene. Et res ĩmobiles intelligant
res corpales que tangi ⁊ palpari possunt vt terre domus zerbi pratũ bosch⁹
vinea mons ⁊ planities. De qbus facta dicta fide dominus potestas offen/
sorem cõdemnare teneat ipsumqꝫ cõpellere ad dicte possessiõis ⁊ rei restitu/
tionẽ: ⁊ ad de cetero violentiã nõ cõmittendũ vt supra ⁊ ad restituendũ expẽ
sas vt supra: ⁊ manutenere offensum in ipsa possessione: damna que ꝓpterea
passus fuerit eidẽ emendari facere summarie ⁊ sine strepitu ⁊ iuris solẽnita/
te ita q̃ a ꝓcessu snia ꝓnũciatione cõdemnatiõe expensarũ taxatione vel exe
cutione appellari nõ possit factis vt supra dicit. Possit tamen lite pendente
peti cãm predictã cõmitti ꝯsilio sapientis de collegio iudicũ ciuitatis ꝑꝑ par/
tibus non suspecti teneat ⁊ debeat ⁊ hoc si petitum fuerit infra octo dies ela
psis terminis, pbandi ⁊ defendendi iudex ipsam cõmittere. Et predicta locũ
habeant: nisi predictus qui diceret offensor tale ius hẽret ꝓpter qõ potuisset
licite facere: si ipm ius dño ptãti vel iudici maleficiorũ demonstrasset vel di/
misisset ante snĩam suprascriptam. Et si iudicens fuerit negligens in aliquo
puniatur in libris cẽtum. ꝑꝑ. cuius medietas sit predicti offensi. Introitus au
tem ⁊ possessio appbẽsa p dictum offensorẽ ⁊ quicquid fuerit per ipm factũ
sit cassum ⁊ irritũ ⁊ nullius valoris si ipse offensor vt supra cõdemnatus fue/
rit. Et q̃ cõe loci ville castri vel burgi territorij. ꝑꝑ. nec aliqua vniuersitas
non possit ꝓbare per aliquem terreriũ dicti loci ville castri vel burgi territo
rij non ciuẽ. ꝑꝑ. ꝓ ipsa cõitate in aliquo suprascriptorum. Et si offensor non
cõparuerit vel legittima psona ꝓ eo bãniatur de predictis que cõtra eum mo
uentur octo dieruꝫ spacio sibi dato: quo elapso hẽatur ꝓ preterito ⁊ confesso
⁊ eo non cõparente fiat cõdemnatio ⁊ executio. Et eodẽ mõ fiant ꝓcessus cõ
demnatio ⁊ punitio cõtra illos qui violentiã occupationẽ vel turbationẽ fe/
cerint vel fieri fecerint alicui in possessione vel quasi iur̃ alicuius seruitutꝭ vel
ductus vie ductus aque vel alicuius alterius seruitutis. Si vero actor non ꝓ
bauerit intentionẽ suã q̃ cõdemnetur in expensis damnis ⁊ interesse: de qbus
expensis vsqꝫ ad quantitatẽ librarum vigintiquinqꝫ. ꝑꝑ. stetur sacramẽto in/
culpati sine taxatiõe aliqua. Abinde vero supra credatur sacramento incul/
pati facta prius taxatione: qõ sacramentuꝫ facere teneatur ante sententiam
vt supra ⁊ exequutioni mandare vt supra.

¶ De pena cõis in cuius terra vel territorio aliqua possessio steterit guasta
occasione alicuius alteri⁹ q̃ꝫ illius cui⁹ erat vel qui eã tenebat vel possidebat.

xxxij **Item** Statuimus q̃ si aliqua persona vel cõitas tractauerit vel fece/
rit p se vel per alium aliquo modo q̃ domus vinea seu terra vel
prata vel alie res quas aliquis habet vel persona tenet ⁊ possidet ⁊ vsus ẽ
tenere ⁊ possidere stent guaste ita q̃ inde non recipiatur gaudimentũ debitũ
facta fide de predictis summarie sine libello ⁊ sine strepitu ⁊ figura iudicij:
saluis semper ⁊ reseruatis in suo casu bis que dicta sunt supra in statuto po/
sito sub rubrica de pena illius qui violentiaꝫ aliquam alicui fecerit in sua pos
sessione ⁊c. Ad petitionẽ dãnum passi teneatur potestas papie ⁊ quilibet ei⁹
iudex compellere omnibus ⁊ singulis iuris remedijs cõe loci in cuius territo
rio

rio dicta res est sita laborare ⁊ facere laborari dictam rem ⁊ redditus ipsius
rei eidem dño reddi: ⁊ si post preceptũ ptãtis vel iudicis non fuerit laborata
facere dare a cõi eiusdem loci tantũ quãtũ possent ascendere redditus eius
in arbitrio duorum bonorũ virorũ eligendorum per dictũ potestatẽ vel iudi/
cem: ad que dictũ cõmune ⁊ hoĩes possint cõueniri: pinde ac si essent debito/
res cõdemnati ⁊ bãniti, ꝓ cõdemnatione de archa cõi facienda cuilibet dicte
terre solẽniter factum fuisset. Et q̃ predicta cõitas eodeꝫ modo regressuꝫ ha
beat ⁊ habere possit contra predictum qui damnum intulit prout supra dictũ
est debere fieri contra cõmune.

¶ De pena coloni inquilini cõductoris vel fictualis recipientis inuestiturã
ab aliquo absq̃ꝫ voluntate prioris domini. Et de pena vendentis vel alienan
tis duobus diuersis temporibus. Rica.

xxxiij **Item** Statuimus q̃ si colonus vel inquilinus vel fictualis partiarius
vel emphiteota alicuius receperit inuestiturã vel locationeꝫ seu
cõductionẽ ab aliquo absq̃ꝫ voluntate prioris locatoris emphiteoticãtis vel
cõcedentis etiã finito tpe prime locationis inuestiture vel emphiteosis vel
cõcessionis ante restitutã possessionẽ priori a quo habuit vel a quo recogno/
uit: nisi primus a quo ipsam recognouit fuisset victus per sententiam que trã
siuisset in rem iudicatã q̃ talis colonus vel inquilinus vel fictualis vel ptia/
rius vel emphiteota puniat cõi papie in libris centũ. ꝑꝑ. ⁊ amittat ius suum
qõ hẽbat in ipsa re. Et secũdo cõcedens sciens de prima locatione vel inuesti
tura vel cõductione vel vẽditiõe in totidem. Et talis possessio non ꝓsit alicui
secũdo cõtrahentium: ⁊ nõ preiudicet primo inuestienti locanti seu cõducen/
ti nec valeat seu teneat ipso iure: nec etiam concessio quibuscunqꝫ verbis for/
mata. Et si aliquis vendiderit seu inuestiuerit vel alienauerit: preterquam in
pignoratione: aliquam rem mobilem vel ĩmobilem duobus vel pluribus di/
uersis temporibus ⁊ cuilibet insolidum vel id vni qõ alteri in toto vel in pte
diuersis temporibus puniatur cõi papie in libris centũ. ꝑꝑ. ⁊ amittat ius suũ
qõ habet seu habebat in ipsa re. Et nihilominus teneat vtriqꝫ acquisitori re
stituere illud quod postulat ordo iuris. dñs autem potestas possit dictas pe/
nas cõi papie soluendas minorare arbitrio suo inspecto valore rei alienate
⁊ cõditione persone alienãtis ⁊ facti.

¶ De pena incẽdiarij guastãtis vel damnũ dantis: ⁊ qualiter bestie dãnum
dantes possint detineri. Rica.

xxxiiij **Item** Statuimus q̃ si aliquis dolose posuerit vel poni fecerit icẽdiũ
in domo alicuius habitata vel sacra vl̃ religiosa: vel in blaua, ꝓ
ipsa blaua comburenda: ⁊ domus ⁊ blaua combusta fuerit in toto vel ĩ par/
te. Comburatur taliter q̃ moriatur. Quicunqꝫ vero posuerit taliter incendi
um dolose vel poni fecerit vel guastum vel damnum dederit vel dari fecerit
a vigintiquinqꝫ libris supra puniatur in libris centum papieñ. Si vero a li/
bris vigintiquinqꝫ infra vsqꝫ ad decem in libris quinquaginta: ⁊ nihilomin⁹
in quolibet predictorũ casuum teneatur ad emendationẽ dãni cũ expensis dã
num passo fiendã. Et si dãnum guastum vel incendium fuerit a libris decem
papieñ. infra puniatur arbitrio potestatis. Et q̃ qlibꝫ qui in suo prato vel
laborerio vel suo boscho vel vinea brochantes vel comedentes bestias alte/

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

rius inuenerit vnam vel plures possit ⁊ valeat ipsas bestias sua auctoritate impune accipere capere ⁊ detinere quousq; ille cuius fuerint restituerit ei damnũ qd̄ bestie ei fecissent. Et q̃ dicto dãnũ passo cum sacramento eiꝰ vel sui cãparij vel bubulci ⁊ cuiuslibet ipsoꝝ stetur de brochatione comestiõe vel dãnũ dato vsq; ad quãtitatẽ solidorũ quadraginta. p̄p̄. p qualibet vice. Iudex tñ habeat arbitriũ refrenãdi dictũ sacramentũ si sibi videbitur ĩspecta qualitate facti ⁊ psone. Et ĩfra dictã quãtitatẽ cõtra inculpatum per aliquem predictorum de dãno dato ⁊ vsq; ad dictam quantitatẽ fiat exequutio sine strepitu ⁊ figura iudicij omnibus ⁊ singulis iuris remedijs capiendo detinẽdo pignorando ⁊ derobãdo ⁊ alia exercendo: nec a predictis possit appellari. Saluo q̃ si dãnum fuerit a solidis quadraginta. p̄p̄. supra q̃ a sn̄ia non possit appellari nec ãnullari nec nulla dici nisi semel tantum. Et si a solidis quadraginta p̄p̄. infra nõ possit appellari ãnullari nec nulla dici. Addẽtes tñ q̃ exequutio fiat nulla exceptiõe dñij seu possessiõis obstante: sed p tale sacr̃m inde sequutum seu qd̄ sequereꝯ non inferaꝯ accusato preiudiciũ aliqd̄ ĩ dominio vel possessiõe vel aliquo iuꝯ talis rei ⁊ si dãnum diceret vel ꝓbaretur esse illatũ. Si vero accusatus post sacr̃m factum ⁊ sn̄iam inde sequutã vellet reprobare dictum sacramentũ hoc sit sibi licitum post exequutionẽ factaꝫ. Et eo casu si accusatus ꝓbauerit intentionẽ suaꝫ vꝫ se fuisse possessorẽ talis rei ⁊ habuisse ⁊ habere facultatẽ fructuũ percipiẽdoꝝ tempore dãni predicti asserti illati q̃ accusans cõdemneꝯ in quadruplũ per eũdem iudicem versus ipm̃ talem ꝓbãtẽ ⁊ vlterius in dãnis interesse ⁊ expensis. Et a tali sn̄ia non possit appellari q̃relari supplicari seu de nullitate dici vel opponi. Et si dãnum vel guastuꝫ vel debilitatio data vel facta fuerit in gabis vel plantis gabarum: seu vitibus vel arboribus fructiferis domesticis quod tunc si damnum vel guastum vel debilitatio facta fuerit in gabis vel plantis gabarum puniatur ⁊ condemnetur ipse faciens in solidis viginti. p̄p̄. p qualibet planta seu gabba. Si vero in arboribus fructiferis vt supra puniaꝯ ⁊ cõdemneꝯ in libris decem. p̄p̄. pro qualibet. Et credaꝯ dicto dãnũ passo cũ sacramẽto de persona illius qui debuerit dãnũ fecisse cum vno teste fidedigno.

¶ De pena frangentis domum. Rica.

xxxv **Item** Statuimus q̃ siquis fregerit domũ alicuius in qua habitat vel nõ habitat puniaꝯ in libris quinquaginta papien̄. quas si nõ soluerit infra tempus a iudice statuẽduꝫ incidaꝯ ei manus: ⁊ hoc si vi vel clã temerario motu fecerit: eadem pena puniaꝯ qui frãgi fecerit.

¶ De pena illius qui celauerit sibi nomẽ vel ꝓnomẽ vel mutauerit. Rica.

xxxvj **Item** Statuimus q̃ quelibet psona debeat dicere nomẽ ⁊ pronomen suũ ⁊ patris ⁊ nõ celare vel mutare dño ptãti ⁊ quilibꝫ suo iudici militi vel officiali cõmunis papie: ⁊ qui cõtrafecerit puniatur cõmuni papie in libris vigintiquinq; papien̄.

¶ De pena notariorũ vel aliarũ psonarũ que facerent vel fieri facerent aliquam cartam vel scripturã falsam. Et de pena dicentis falsum testimoniũ siue ꝓducentis siue vtẽtis eo vel eis in qualibet cã ⁊ monetam falsificantis siue tondentis.

Item

xxxvij **Item** Statuimus q̃ siquis fecerit vel fieri fecerit cartã falsaꝫ vel acta publica falsa: vel falsificauerit vel falsificari fecerit scienter aliquam cartam vel cõdemnationẽ vel attestationes vel dicta testiũ: vel cõfessionem vel testes vel acta publicari scriptos vel scripta vel aliquas scripturas in toto vel pro aliqua parte de vel super quãtitate vel iuꝯ nõ excedente quãtitatẽ florenorũ quinquaginta auri cõdemneꝯ pro prima vice in quadruplu; ⁊ vlterius q̃ mitrietur ⁊ tribus diebus cõtinuis sic mitriatus perducaꝯ in publico. Pro secũda vice in amissione manus in qua sit magis potẽs. Pro tertia vero vice ignis apponaꝯ. Et si de vel sup quantitate re vel iuꝯ excedente summam florenorũ quinquaginta vsq; ad florenos quingentos auri, ꝓ prima vice cõdemneꝯ in amissione manus in qua sit magis potens: pro secũda vero vice apponaꝯ pena ignis. Et si de re vel quãtitate vel iuꝯ excedente summaꝫ florenoꝝ quingentorũ: ꝓ prima vice puniaꝯ arbitrio ptãtis ĩ amissiõe manus vel pena ignis inspecta qualitate facti ⁊ personarum: pro secunda vero vice apponatur pena ignis.

¶ Siquis falsum testimoniũ dixerit vt aliquis cõdemneꝯ in cã criminali puniatur ea pena qua puniẽdus esset ille cõtra quem falsum testimoniũ dixerit: si corpaliter veniret cõdemnandus ⁊ hoc vbi pena corpalis nõ sit minor q̃ incisio lingue quo casu lingua incidatur eidẽ. Si vero pecunialiter tũc ãputetur ei lingua ⁊ ĩmitrieꝯ. Si vero testimoniũ falsum dixerit vt aliquis in criminali causa absoluatur. Similiter puniatur ea pena qua puniẽdus esset ille in cuius fauorẽ dixerit testimoniũ si corpaliter veniret ꝯdemnãdus. Si vero pecunialiter tũc ãputeꝯ ei lingua: ⁊ eadẽ pena puniaꝯ ille q̃ sciẽter ⁊ dolose ꝓduxerit in cã criminali falsos testes vel falsum testẽ vel eis seu eo sciẽter ⁊ dolose vsus fuerit. Et vbi aliter nõ appareat seu cõstet aliquem sciẽter ⁊ dolose ꝓduxisse falsos testes vel vsum fuisse intelligaꝯ sciẽter ⁊ dolose ꝓduxisse falsos testes vel falsum testẽ vel sciẽter ⁊ dolose vsum fuisse qui post publicationem testiũ ĩterrogatus an velit vti dictis testiũ vel testis responderit se velle vti: ⁊ quilibet ĩterrogatus teneaꝯ respondere ad terminũ per iudicẽ statuenduꝫ. Et si ad dictũ terminũ nõ responderit intelligatur non velle vti. Et vltra ille qui falsum testimoniũ dixerit vt supra: ⁊ ille q̃ ꝓduxerit vel vsus fuerit vt supra: ⁊ quilibet ipsorum insolidũ ita tamen q̃ vnica sufficiat solutio cõpellaꝯ realiter ⁊ personaliter ad emendationẽ faciẽdum cuiuslibet damni dispẽdij ⁊ interesse illi qui damnum dispendium seu interesse sustinuisset seu suportasset occasione dicti falsi testimonij.

¶ Quicũq; falsum testimoniũ dixerit vt aliquis cõdẽnetur ĩ ciuili cã amputetur ei lingua. Si vero falsum testimoniũ dixerit vt aliquis absoluaꝯ in cã ciuili similiter amputetur ei lingua: ⁊ eadem pena puniatur ille qui scienter ⁊ dolose ꝓduxerit falsos testes seu falsum testem in causa ciuili vel eis seu eo scienter ⁊ dolose vsus fuerit. Et intelligatur sciẽter ⁊ dolose falsos testes vel falsum testem produxisse vel scienter ⁊ dolose vsuꝫ fuisse qui post publicationem testium interrogatus an velit vti dictis testiuꝫ vel testis respondit se velle vti Et quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum per iudicem statuenduꝫ. Et si ad ipsum terminũ non responderit intelligaꝯ non velle vti. Et vltra ille qui falsum testimoniũ dixerit vt supra: ⁊ ille qui produxerit vel vsus fuerit vt supra ⁊ quilibet eoꝝ insolidum ita tñ q̃ vnica solutio sufficiat teneaꝯ ad emendationẽ cuiuslibet dãni dispẽdij ⁊ interresse illi q̃ dãnũ dispendiũ seu interesse sustinuerit seu suportasset occasione falsi testionij.

¶ Eadem pena puniatur quilibet qui solicitauerit aut opaꝫ dederit aut cõ

siliũ ꝙ aliquis dicat falsum testimoniũ. Et siquis fecerit vel fieri fecerit mo/ netam falsam vel tõsauerit seu tõsari fecerit cõburrať: ⁊ domus in qua facta fuerit publicet. Et si scieter expẽderit vel portauerit vel portari fecerit mo/ netam falsam a solidis sexagĩta supra vsqꝫ ad libras decez. ꝑꝑ. cõdemnet in libris cẽtũ. Et si a libris decẽ. ꝑꝑ. supra vsqꝫ ad libr. xxv. ꝑꝑ. ꝯdemnet ĩ libris ququecẽtũ. ꝑꝑ. ⁊ si a libris. xxv. ꝑꝑ. supra cõdemnet in libris mille. ꝑꝑ. quas si nõ soluerit cõburať ita ꝙ moriať. Saluo ꝙ ille qui dictas monetas expen/ derit vel expenderet vel portaret vel portari faceret ignoranter exhibuerit da torem ꝙ nõ teneať ad dictas penas. Et si portãs vel expẽdẽs delictũ ꝑdictũ iterauerit ẽt ĩ maiori quãtitate solidorũ cẽtũ cõburať. Et ꝙ dñs ptãs habeat bayliã ⁊ arbitriũ minorãdi penas ꝑdictas circa delictũ monete in auere ⁊ p/ sona si sibi videbit ĩspecta cõditione psone. Et eadẽ pena imponať expẽden ti vel portãti: vel q expenderit vel portauerit monetã tõsam vel mãcham di/ stincta quãtitate vt supra. Et eo mõ vt supra dñs ptãs habeat arbitriũ minu endi eidẽ dictas penas in auere ⁊ psona vt supra. Et si emerit vel infuderit tonsalias incidať ei manꝰ: ⁊ si delictũ reiterauerit cõburať: dñs aũt ptãs ha/ beat vt supra arbitriũ minorãdi ipsas penas eidem.

¶ De pena officialis delinquentis in officio. Rica.

xxxviij **Item** Statuimus ꝙ quilibet officialis cõis papie q fraudẽ dolum vel furtũ de rebus cõis cõmisserit: vel aliqd ab aliqua psona vel cõi/ tate idebite extorserit occasione sui officij: vel accepit vel aliter dolũ vel frau dem in officio suo cõmisserit vel aliqd fieri fecerit cõdẽnet in quadruplũ dã/ dũ persone vel cõitati a qua extorserit vel habuerit: ⁊ insup cõdemnet cõmu ni. ꝑꝑ. in libris qnq uaginta. ꝑꝑ. ⁊ ab officio remoueať: ⁊ quilibz possit accu/ sare: ⁊ hẽat dimidiã cõdemnationis. Hoc addito ꝙ notarij bãnorũ cõis vel iusticie q dolũ vel fraudẽ cõmisserit in officio occasione officij vel bãnorum ⁊ qlibet ipsorũ si falsum cõmisserint puniať vt supra ĩ pcedenti statuto posito sub rubrica ō pena cõmittẽtj falsuz. Si vo alio mõ puniať vt. S. ĩ pñti statuto.

¶ De pena corrũpẽtis officiales cõis papie: ⁊ de pena corrupti. Rica.

xxxix **Item** Statuimus ꝙ nullus debeat corrũpere vel corrupi facere ptãtẽ papie vel iudicẽ vel militẽ vel aliũ de eius familia officialẽ vel cõ siliariũ vel cõmissariũ in ciuitate papie vel territorio papie: nec aliqd ei dare vel ꝓmittẽ vl remittẽ vel dari ꝓmitti remitti facẽ vt aliqd cõmittat vel ꝓmit ti faciat qõ fieri non debet vel omittat ⁊ omitti faciat qõ fieri debet. Et siqs contrafecerit vel fieri fecerit tam corrumpens qꝫ corrupi faciens ⁊ corruptꝰ puniãtur in libris centũ papieñ. ꝓ quolibet ipsorũ ⁊ qualibet vice: ⁊ nihilo/ minus teneať ad restõem dãni in duplũ damnũ passo.

¶ De pena illius qui post sonum schille inuentus fuerit ire per ciuitatẽ pa/ pie vel burgos vel placiare: vel qui inuẽtus fuerit in taberna vel domo ĩ qua vendať vinum: ⁊ de pena tabernarij qui vendit vinuz. Et de pena illius qui inuentus fuerit sine volũtate dñi in domo alicuius. Rica.

xl **Item** Statuimus ꝙ omni sero ad horam constitutaz pulsetur ad schil lam: ⁊ ꝙ aliquis post sonum schille ⁊ ante sonũ cãpane q̃ pulsať

pro

pro alba nõ debeat ire p ciuitatẽ papie vel burgos vel placiare ĩ platea porti cu seu via: vel pmittere se inuenire in taberna vel domo aliqua in qua vendať vinum bibendo vel nõ bibẽdo aliqs q ibi nõ ꝙsueuerit habitare ⁊ nõ habitet vel pmittere se in dicta taberna vel domo predicta inueniri: vel vendere in ta berna vel domo vel curia vinũ ad suuz vas vel alterius: vel in aliqua alia do mo alicuius in ciuitate papie burgi vel territorij permittere se iuenire sine vo luntate illius qui habitabat ꝙtinue: ⁊ q in aliquo ꝗfecerit si inuentꝰ fuerit ire vt. S. sine lumine ꝙdẽnet cõi papie, ꝓ qualibet vice in solidis qnqz papieñ. nisi ipse inuentus fuerit ire extra domuz vel venire sine fraude vel pro igne vel ꝓ mortuo: vel pro mischlantia vel pro parturitione mulieris vel pro aliquo in/ firmo ⁊ nisi esset furnarius vel eius seruiens qui iret ad aquaz trahere vel in/ uocare personã pro impastando vel panẽ faciendo vel nisi fuerit per mediuz suam portã, ꝓpter necessitatẽ corporis sui sine suspitione ⁊ ꝑdicta sine armis. Si aũt cum armis inuentus fuerit ꝙdemnetur habita distinctiõe locoꝝ ⁊ no/ ctis a die vt cõtinet in statuto infrascripto posito sub rubrica de pena portan tium arma. Et si inuentus fuerit in taberna seu domo in qua vendatur vinuz vel curia taberne seu domus vendere vinum ad suum vas vel alterius ꝙdem netur cõi papie in solidis viginti papieñ. nisi vendiderit vinuz ad portanduz extra tabernã ⁊ curiã taberne in aliquo vase. Et si in domo alicuius inuẽtus fuerit sine voluntate illius qui habitat ibi etiã sine insultu: si fuerit in ciuitate siue burgis coherentibus papie cõi papie: si cuz armis in libris. xxv. papieñ. ⁊ sine armis in libris. x. papieñ. ⁊ in territorio papie puniať cõi papie: si cum armis in libris decẽ papieñ. si sine armis in solidis centuz papieñ. Ita tñ ꝙ si in dicta domo in qua ꝑdictus inuentus fuerit sine voluntate habitãtiuz dicta nocte furtũ factũ fuerit ꝙ tunc ꝑdictus ibi inuentus teneať dictũ furtũ emen dare ibi habitãti ⁊ dare cũ pena quadrupli. Et si dictus inuẽtus videbit iu/ dici vel militi dñi ptãtis papie vel officiali suspecta psona possit ⁊ debeat eũ ducere ad palaciũ ⁊ detinere. Et in quolibz casuũ ꝑdictoꝝ quilibet possit ac/ cusare ꝙtrafacientẽ ⁊ habeat medietatẽ ꝙdẽnationis: ⁊ de predictis oĩbus ⁊ singulis credať dicto iudicis vel militis dñi potestatis vel dicto duoꝝ seruien tium cum sacramento qui sint de seruientibus dñi potestatis.

¶ De pena tabernarij ⁊ tabernarie qui serrauerint hostiũ ante pulsatione campane potatorum de sero. Rica.

xlj **Item** Statuimus ꝙ quilibz tabernarius ⁊ tabernaria debeat habere ⁊ tenere hostiũ taberne vel domus in qua vendit vinũ apertũ ⁊ nõ clausuz cũ stãga ⁊ catenatio vl alia seratura donec fuerit pulsatũ ad cãpa nam potatoꝝ ⁊ qui secus fecerit ꝙdẽnet qualibet vice in solidis qnquaginta papieñ. Et de predictis credatur dicto iudicis vel militis vel officialis:

¶ De pena tabernarij ⁊ tabernarie qui non apparuerint hostiuz ad tertiã vocationem officialis. Rica.

xlij **Item** Statuimus ꝙ quilibz tabernarius vel tabernaria teneatur ape rire ⁊ facere aperiri hostiũ taberne in qua vinuz vendať ex quo ter vocatus fuerit per nuncios vel nunciũ cõis papie etiã si fuerit de nocte ⁊ quacũqꝫ hora noctis ⁊ qui ꝙtrafecerit ꝙdemnet in solidis. xx. papieñ. ꝓ qua/ libet vice ⁊ de predictis credatur iudici vel militi vel officiali.

НАУКОВО-ДОСЛІДНИЙ ІНСТИТУТ ІМ. ПАНТЕЛЕЙМОНА КУЛІША

Qualiter intelligatur quando fit mentio in statutis de nocte. Rica.

xliij **Item** Statuimus q vbicũq; fit mentio in statuto de nocte intelligatur in ciuitate ⁊ suburbijs post occasuꝫ solis ⁊ pulsata aue maria cũ campana cõis:in districtu etiã idem seruetur:de die aũt intelligat̃ ante ortum solis ⁊ pulsata aue maria ad cãpanam cõmunis papie.

¶ De pena portantis arma offensoria fraudulosa vel fugientis a familia ⁊ non permittentis se circari;⁊ albergatoris nõ denunciantis hospiti. Rica.

xliiij **Item** Statuimus q nullus ciuis vel terrerius papie vel territorij vel forensis debeat portare per ciuitatem vel burgos ei adherentes aliqua arma offensoria vel fraudulosa:⁊ qui in aliquo contrafecerit si in palatio cõmunis papie nouo vel veteri vel domo seu domibus habitationis potestatis papie puniatur cõmuni papie in libris decem papien̄.Et in loco alio vbi ius redditur vel reddi consueuit in papia per aliquem iusdicentem cõis papie:puniatur in libris qnq; papien̄.Et si in curia episcopi vel ecclesia maiori papie vel in ecclesia sancti Joannis de fontibus puniat̃ in libris tribus papien̄.Et si in atrio sancti Siri:vel in platea sancti Sauini que est ĩ ciuitate papie:vel fera:vel ad bagordum quãdo fit vel platea in bataglioliis vbi fiũt vel ad bataglias iudicatã puniatur cõi papie in solidis quadraginta.Saluo q si in aliquo suprascriptor̃ locor̃ inuentus fuerit ꝗtrafacere in nocte.i.post sonũ schille que pulsatur de sero:⁊ ante sonum campane que pulsatur ad albam de mane q tunc puniat̃ in duplus eius qõ suprradictũ est habita distinctione personarũ ⁊ locoruꝫ vt.s̃.Et si in aliquo alio loco supra non specificato inuentus fuerit de die puniat̃ in solidis triginta papien̄.⁊ si in nocte inuentus fuerit q tunc puniatur in duplus.Et si fugerit a pñtia iudicis vel militis vel alterius de familia potestatis euntis circare arma vetita vel bannitos vl̃ malefactores:vel circam facientes contra vetita:vel aliud officium potestatis papie vel cõis papie exercendo:q ipsa fuga faciat ipsuꝫ confessum de armis veritis portatis per ipsum euntem per dictus officiũ:⁊ puniatur cõmuni papie habita predicta distinctione locor̃ ⁊ temporis vt.s̃.tanq̃ inuentus dicta arma portare.Et si non permisserit se circare alicui ex dictis officialibus vel per aliquem alicuius ipsorũ baruarior̃ donzellor̃ seruitor̃ vel familiariũ euntiuꝫ cũ dicto officiali:q tunc puniat̃ in libris decem papien̄.Saluo q si supradictus inuẽtus vere portare tũc veniebat de foris ad ciuitatẽ papie vsq; quo fuerit ad hostiũ vel domũ in qua habitare debebat si erat forẽsis vel solitus habitare si erat de papia:vel ibat a dicta domo vel hostio foras extra papiam vel burgos eũdo a domo vel hostio q tũc in nihilũ puniat̃:⁊ eodẽ mõ nõ puniat̃ si fuerit reptus nõ fraudulose portare ꝓ vendendo vel pignorãdo vel aliꝫ dando vel similia:que fraudulosa portatio arbitrio iudicis vel militis vel officialis qui fuerit ad inueniendũ intelligat̃:⁊ etiã fugisse:⁊ se circari nõ permisisse:⁊ arma offensoria fraudulosa portare:⁊ in quolibet tempore ex eis ⁊ loco:⁊ in quolibet predictoruꝫ casuum.Et quod dictum est de pena forestery locum habeat si eidẽ per suum hospitẽ postq̃ fuerit ad hospitiũ denunciatuꝫ fuerit q arma deponeret ⁊ non portaret:de qua denunciatiõe credatur iuramento hospitãtis que pena erat portãti arma per cõe papie imposita.Et si eidẽ denũciatũ non foret q tunc hospes penã predictã portare seu soluere teneat̃:quã si soluere non poterit q puniat̃ arbitrio ptãtis.Arma aũt

vetita

vetita offensoria sunt cultelus feritorius de galono spata spõtonus stochus penatus brocha feritoria macia feritoria vel plumbea vel desnodata bastonus ferreus vel alterius metalli: falzonus ⁊ falzia que dicitur canturina siue ibi fuerit facta siue nõ:misericordia:ronchonus:gisiarina:lanzia ferrata:glauerina lanzonus ferratus seu spetum ferratũ vel ferreũ cultela bracera spata de ferro.i.que habet spetũ ferreũ asissuꝫ bracerie pichoziũ ferreum:ranzilionuꝫ ferreuꝫ:⁊ giauarotus ferreus: ⁊ quelibet ex predictis alia arma q sint offensoria ⁊ arbitrãda ⁊ iudicanda iudicis arbitrio de predictis stetur ⁊ de inuentione vt.s̃.Et in quolibet casuuꝫ predictor̃ arma sint publicata cõmuni papie cum vaginis ⁊ vendi debeant ad incantũ.Saluo q bubulci cuꝫ curru ⁊ bobus inuenti cum cultelo ab vna costa nõ puniãtur. Et q quilibet inuentor armor̃ ea die qua dicta arma acceperit vel accipi fecerit teneatur vinculo sacramenti sub pena libraꝝ decẽ papien̄.pro qualibet vice qua ꝗtrafecerit consignare vel consignari facere camere cõmunis papie.

¶ De pena bubulci qui steterit super curru quãdo ducitur. Et de pena asinarij vel molinarij qui sederit super farina. Rica.

xlv **Item** Statuimus q bubulcus ex quo intrauerit ciuitatẽ papie eundo vel redeũdo cuꝫ curru carreta vel barozio nõ debeat stare vel sedere super ipo.Et si ꝗtrafecerit soluat cõi papie solidos quinq; papien̄. Nec etiaꝫ asinarius vel molinarius debeat ascendere stare vel sedere super farina vel blaua posita super bestia ipsaꝫ portãte:⁊ qui ꝗtrafecerit soluat cõi papie qualibet vice solidos viginti papien̄.⁊ quilibet possit accusare ⁊ teneat̃ secretus:⁊ hẽat dimidiã :⁊õ ꝑdictis oibus ⁊ singulis stet̃ dicto iudicis vel militis.

¶ De pena illius qui luserit ad taxilos. Rica.

xlvj **Item** Statuimus q nullus de cetero ludat ꝑstet comittet menti teneat seu ratiocinet̃ vel teneat ludum vel permittat ludere vel circunstet seu superstet ludo taxilor̃ vel in domo habeat tabuleriũ aptum ad luduꝫ. Saluo q hoc statutum nõ habeat locum in potestatib⁹ baratarie ⁊ eorũ officialibus:sed seruentur eis pacta ipsius incantus.Saluo q̃ in minoribus obligandis.Et siquis in aliquo predictor̃ secus fecerit si luserit vel ludet ad taxilos vel ad aliquam bischlaziã vel ad alium ludum azari vnde pecunia vincatur vel perdatur vel alia res in aliquo loco seculari vel ecclesiastico ciuitatis papie vel burgis papie ipsi ciuitati coherentibus vel in aliqua parte ciuitatis vel burgorũ seculari vel ecclesiastica si fuerit in die vel extra domuꝫ puniatur cõmuni papie in libris decem papien̄.qualibet vice ⁊ si de die in domo in libris quindecim papien̄.Si vero de nocte vbicunq; fuerit in libris viginti quinq; papien̄.Et predicte pene imposite cõtra lusores locũ habeãt contra prestatores ratiõatores comitatores mẽti tenẽtes ad ipsos ludos vel bischlazias ⁊ quẽlibet ipsor̃ faciẽtes custodias habita semp distinctõe loci diei ⁊ noctis vt.s̃.. Si ꝗ tenuerit vel teneat ludũ predictũ vel bischlaziã vel pmiserit seu permittat ludi vel bischlaziã fieri vel aliquid aliud cõtra hoc statutum in domo vel extra publice vel priuate in domo propria vel conducta vel vbi habitauerit.Si fuerit de die condemnetur cõmuni papie qualibet vice in libris vigintiqnq; papien̄.si de nocte in libris qnquaginta papien̄.Si autẽ steterit vel staret circũ aliqõ tabuleriũ qõ videat̃ paratũ ad luduꝫ vel bischlaziã vel

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

aliquod aliud vt.s̃.presumaꝫ lusisse vel ludere ad taxilos vel bischlaziã:ꝛ tãq̃ lusoꝛ puniaꝫ cõi papie habita distinctione loci ꝛ temporis vt.s̃.Saluo nisi ꝯtrariũ,p̃bareꝫ per testes fide dignos.Et si in aliqua domo de die vel de nocte repertũ fuerit aliquod tabulerũ qd̃ videaꝫ positus ꝛ paratũ ad ludendũ ꝛ bischlaziã puniaꝫ cõi papie tũc habitatoꝛ illius domus vel habitatoris dicte domus vel habitaculi pro qualibet vice vt puniri debet qui tenuerit ludũ vt.s̃.continet̃ habita distinctione diei ꝛ noctis vt ibidez continetur.Saluo q̃ ad schachos ꝛ tabulas cuilibet liceat ludere in plateis ꝛ in alijs locis publicis vbicunq̃ de die.Et predicta locũ habeant si predicta delicta vel aliquod ipsoꝝ factũ ꝛ facta fuerint fierent seu fieret in ciuitate papie vel burgis ipsi ciuitati coherẽtibus:ꝛ p quãcunq̃ personã ciuez vel nõ ciuez in loco seculari vel ecclesiastico terreriũ vel forestariũ vel extra per quinq̃ miliaria:si vero vltra dicta qnq̃ miliaria ĩ territorio vel districtu ĩ loco seu seculari ecclesiastico locum habeãt oĩa ꝛ singula suprascripta dũtamẽ si vltra dicta quinq̃ miliaria fuerit factuz non puniaꝫ sicut si in ciuitate.p̃p̃.p̃fecisset in loco seculari vel ecclesiastico:domus etiã si dño potestati videbit̃ in qua reptus fuerit aliquis ludere ad taxilos ꝛ bischlaziã ꝛ prestare ad ludũ si fuerit illius qui luserit vl ludere prestauerit vel p̃staret claudaꝫ ꝛ stet clausa ꝛ inhabitata vsq̃ ad vnũ annuz tunc ,prime futurũ.dñs autẽ potestas suusq̃ vicarius ꝛ iudex malefiçioꝝ teneant̃ ꝛ debeant p̃dicta per ciuitatez ꝛ burgos papie infra quindecim dies ,prime sui regimis facere cridari per p̃cones cõis papie. Et si ab aliquo ipsoꝝ fuerit petitũ per dñm domus de securitate sibi p̃stãda per tabernariuz vel tabernariã vel aliaz psonaz que ibi habitet occasione ludi taxiloꝝ vel predictoꝝ possit teneaꝫ ꝛ debeat infra tertiã diez postq̃z fuerit petitũ ꝯstringere tabernariũ tabernariã vel habitatorẽ ad dictã securitatẽ vel cautionẽ p̃standam:ꝛ quilibet possit accusare ꝛ denũciare quẽlibet qui ꝯtrafecerit in aliquo predictoꝝ ꝛ teneaꝫ secretus si ei placuerit ꝛ habeat tertiã partez ꝯdẽnationis:facta per ipsum legitima fide de p̃dictis.Teneaꝫ etiã dñs potestas omni hebdomoda inquiri facere ꝛ circhari p milites ꝛ officiales suos de predictis per ciuitatẽ ꝛ burgos de die ꝛ de nocte.Et si quam psonaz dñs iudex vel miles vel familiaris dñi potestatis reperierit sibi inobedientẽ esse ad aperiẽduz sibi hostiũ vel portã ad voluntatẽ ipsius inquirentis puniaꝫ cõi papie ꝛ puniri possit inobediens tanq̃z si ludũ taxiloꝝ ꝛ bischlazie teneret in domo. Et q̃ de predictis omnib⁹ ꝛ singulis credaꝫ ꝛ fides adhibeaꝫ militi seu iudici cum assertione notarij vel seruitoris vel iudicis seu militis cũ duob⁹ familiaribus seu baruarijs dñi ptãtis iurãtib⁹:ita tñ q̃ si puenerit ad notitiã dñi ptãtis vel iudicis eius q̃ aliquis tenuerit vel teneret ludũ bischlazie ꝛ ipsum exercuerit vel q̃ est infamatus q̃ pseuerat in tanta malicia tenẽdi bischlaziã vel p̃stãdi bischlaziã q̃ tunc dño potestati liceat ꝛ debeat si in malicia pseuerat dare cõfinia per quadragita miliaria extra districtũ papie statuto vel lege aliqua nõ obstãte.Et etiaz si de cetero aliqua carta fuerit facta vel obligatio occasione bischlazie q̃ illa non valeat nec teneat ipso iure:licet in ipso instrumento contineatur mutuum vel depositum vel aliud nõ faciẽdo mentionẽ de bischlazia ꝛ teneatur creditoꝛ cartam incisam reddere debitori ipsumq̃z quietare ꝛ liberare:ꝛ si non fecerit sit ipso iure infamis ꝛ omni actu legitimo priuatus:ꝛ non fiat ei ratio in ciuili in aliqua causa per aliquez iudicentẽ donec id fecerit.Et nihilominus omnibus iuris remedijs per potestatem ꝛ quẽlibet iudicentem constringaꝫ realiter ꝛ personaliter ad predicta complendũ. Et intelligaꝫ facta occasione bischlazie illa q̃ facta fuerit de qua ,p̃babit̃ per publicã

vocem

vocem ꝛ famã saltez q̃ esset publicus p̃stator vel tenẽs ludum bischlazie vel alicui de sua familia vel alteri pro eo a quo habuerit cessionẽ de predictis nõ obstante aliqua lege vel statuto generali vel speciali in cõtrariũ faciente nũc vel in futurũ.Et nõ obstante pacto conuentione stipulatione obligatione renunciatione sacramẽto ꝯractu siue instrumẽto facto facta faciẽdo vel faciẽda per aliquẽ:ꝛ nõ obstante instrumẽto ꝛ ꝯractu in carta vẽditõis ꝛ alienationis facte ꝛ faciẽde ꝺ barataria vel alia re alicui p̃sone per potestatẽ papie ꝛ eius iudicẽ ꝛ per cõe papie:nec aliquibus verbis in ipso positis vel apponendis.Et nõ obstantibus statuto decreto ordinamẽto cõsuetudine ꝛ obseruantia cõis papie facto vel faciendo generali vel speciali in ꝯtrarium facientibus nũc ꝛ in futurũ.Que omnia nunc ꝛ in futurũ facientia in ꝯtrariuz predictis vel alicui predictoꝝ inquantuz facerent ꝯtra in aliquo:in eo in quo faciunt vel facerent ꝯtra ex nũc cassamus ꝛ irritamus ꝛ cassa sint ipso iure:nec aliquis iudicens teneaꝫ ad postulationẽ dicti creditoris eidez dare sapientẽ etiam si dixerit se grauari ꝯtra formaz iuris ꝛ statutoꝝ cõis papie: ꝛ petierit sapientez sibi dari:ꝛ si dederit non valeat nec teneat datio:ꝛ potestas papie ꝛ quilibet iudicens papie presens ꝛ futurus vinculo sacramenti ꝛ sub pena libraꝝ mille papieñ. cõi.p̃p̃.applicãdaꝝ sup̃scripta p̃cise ꝛ fine timoꝛ ad lr̃az seruare ꝛ ꝓuari facere teneaꝫ.Et fiant p̃dicta oĩa ꝛ singula sũmarie sine strepitu ꝛ figura iudicij ꝛ omni tẽpore feriato ꝛ etiã in honorẽ dei.Et iudicens hoc statutuz seruãdo nõ possit iudicari de his que fecerit vel fieri fecerit.Et q̃ aliqua persona nõ audeat nec presumat de cetero recipere aliqd̃ instrumẽtum vel obligationẽ pro aliquo prestatore bischlazie:nec de aliqua quãtitate lusa alicuius minoris vigintiqnq̃ annoꝝ.Et q̃ omnis cõtractus factus cum prestatore bischlazie de quo suprãdictũ est vel factus alij recipienti pro ipso prestatore p̃sumaꝫ ipso iure ꝛ facto celebratus occasione bischlazie ꝛ sit nullus ipso iure:nisi ꝯtractus celebraret̃ per notariũ cui rogatur instrumentũ in presentia alioꝝ trium notarioꝝ maioꝝ cuiuslibet ipsoꝝ etate triginta annorũ subscribere se debentiũ ꝛ tradentes illud:ꝛ in presentia etiaz trium parentuz seu attinentiũ dicto ꝯtrahenti cuz dicto prestatore maioꝝ triginta annoꝝ pro quolibz ipsoꝝ seu si ipsis careret vel nõ essent in ciuitate papie in p̃ntia triuz propinquoꝝ vicinoꝝ bone opinionis ꝛ fame maiorũ vt.s̃.Qui ꝯtractus taliter factus nõ presumaꝫ factus causa bischlazie ꝛ sit validus ꝺ iure:ꝛ si aliter tradiderit vel fecerit dictũ instrumentũ:ꝛ si ita per illos nõ fuerit subscriptuz vt dictuz est nõ valeat nec teneat ipso facto ꝛ iure:ꝛ ille notarius sit ipso iure ꝛ facto priuatus officio ꝛ bñficio notarie ꝛ infamis omni infamia iuris ꝛ facti vsq̃z ad quinqueniuz.Et si dictũ instrumẽtũ ꝛ obligatio fuerit receptum ꝛ recepta per aliũ pro prestatore bischlazie siue de denarijs lusis ꝛ ludi occasione bischlazie ꝛ ille fuerit prestator bischlazie possit ꝛ sufficiat quo ad plenam probationẽ probari ẽt sola voce ꝛ fama per duos testes dictam famã ,p̃bantes qui essent omni exceptõe maiores.Et si qua persona reperta fuerit recepisse de cetero aliquod instrumentũ pro aliquo prestatore bischlazie vel ,p̃ aliquibus denarijs lusis ꝯdemneꝫ ꝛ ꝯdẽnari debeat cõi papie soluẽdis in libris centũ papieñ.Et q̃ suprascriptũ presens statutũ sit ratũ ꝛ firmũ ꝛ q̃ attẽdaꝫ ꝛ obseruet̃ in totũ:reliqua vo statuta sup̃ his fcã abinde retro sint oĩa cassa ꝛ nullius valoris.Et q̃ oĩa loca vbi possint teneri bischlazie publica sint.Et ĩtelligaꝫ platea atrij extra porticuz a loco vbi pisces vendunt̃ vsq̃z ad putheũ ꝛ non vltra ꝛ in ripa ticini apud pontem veterem sit platea sola ꝛ non vltra. Et bischlazie publice vel priuate teneri nõ possint extra loca ꝯtenta in p̃senti

HAYKOPIS BIBLIOTEKI ОНУ імені О.М. МЕЧНИКОВА

statuto:ēt si ꝓtinereť expresse aliter in instr̃o emptiōis dicte baratarie facto a cōi papie. Et ꝙ dñs ptās teneať vinculo iuramēti tpe vēditōis fiende de dicta barataria taliter facere ⁊ ordinare ꝙ in instr̃o dicte emptionis ponatur ꝙ dicta bischazia nō teneatur nec teneri possit extra predicta loca. Et si aliter fieret non valeat venditio quantum in illa parte.

¶ De pena illius qui ꝓiecerit vel ꝓici fecerit aliqd̄ turpe d̄ domo in strata.

xlvij **Item** Statuimus ꝙ nulla ꝑsona ciuitatis papie ⁊ burgorū adherētiū ciuitati debeat ꝓicere vel ꝓici facere de domo habitatōis sue sive sit ꝓpria siue ꝓducta siue gratis habita nec ꝓici ꝑmittere aliquā aquā turpē vel rumēta vel aliqd aliud turpe ꝑ fenestrā balconū vel pontile vel hostiū vel aquarolum altum a terra qui responderet in strata vel via publica: ⁊ qui ꝓtrafecerit puniať cōi papie in solidis viginti papien. ⁊ quilibet possit accusare ⁊ habeat dimidiaz ⁊ teneať secretus: ⁊ de p̄dictis stetur dicto iudicis vel militis domini potestatis vel officialis ad hoc deputati.

¶ De pena mingentis vel egerentis in curia cōis papie vel in ecclesia maiori vel alia ecclesia vel aliam turpitudinem facientis. Rica.

xlviij **Item** Statuimus ꝙ nemo debeat in ecclesia vl̃ curia cōis papie intus portā vel sup ponte de lapidib⁹ ⁊ eius pilis mingere vel egerere vel aliā turpitudinē inhonestā facere. Et si ꝯfecerit in ecclesia maiori puniať in solidis centū papien. Idez in ecclesia sancti Joānis de fontibus. Si autez in alia ecclesia ꝓdemneť in solidis sexaginta papien. Si aūt in curia cōis papie in solidis.xx.papien. puniať: quas penas siquis soluere non poterit ponatur ad catenā: ⁊ ibi stet in curia cōis papie publice vna hora: ⁊ quilibet possit accusare ⁊ habeat dimidiā: ⁊ quilibet officialis cōis papie teneatur ⁊ possit exequutioni mandare de facto ⁊ etiam sine sentētia ⁊ ꝓdēnatione. Et de predictis cuilibet credatur cuz sacramento: ⁊ hoc statutum teneatur potestas facere cridari. Et de predictis penis quilibet accusator ⁊ denunciator habeat dimidiā etiaz si fuerit de familia alicuius iusdicētis in papia: ⁊ dicte pene possint minorari si officiali videbitur.

¶ De pena illius qui excoriauerit bestiaz mortuā intra muros ciuitatis papie vel ibi lesguauerit liquide: vel combuserit fecias intra ciuitatem vel extra per vnum miliare. Rica.

xlviiij **Item** Statuimus ꝙ nullus debeat ītra muros ciuitatis papie excoriare aliquē equuz asinuz vel asinā vel aliquā aliaz bestiā mortuam nec lesguare liquiduz grassaz siue sepū. Et qui ꝓtrafecerit puniať cōi papie in solidis sexaginta papien. ꝑ qualibz vice. Saluo ꝙ dicta lesguacio possit fieri extra muros ciuitatis papie vt infra. Et puniať cōi papie in libris quinqz papien. ꝑ qualibet vice qui cōbuserit vel comburi fecerit fecias vel balotas feciaruz in ciuitate papie vel extra prope per vnum miliare a ciuitate papie: ⁊ quilibet possit accusare ⁊ habeat medietatem ⁊ teneatur secretus.

¶ De pena illius qui ceperit vel captū habuerit aliquē malefactorē vel bānituz de maleficio cōis papie qui nō ꝓsignauerit ipsuz.d.potestati.p̄p. Rica.

Item

l **Item** Statuimus ⁊ ordinam⁹ ꝙ quicūqz ceperit malefactorē vel bannitum ex crīe vel bāno ex quo veniret ille malefactor vel bānitus puniendus pena mortis vel amissionis mēbri teneať ⁊ debeat ipsuz p̄sentare in fortiā cōis papie ⁊ dñi ptātis infra tres dies: ⁊ si non p̄ntauerit dolose vel malitiose puniať si sit singularis ꝑsona q̄ cepit ⁊ nō p̄ntauerit simili pena qua puniēdus esset vel fuisset ille malefactor vel bānitus taliter captus ⁊ nō presentatus vt.s̄. Si vero fuerit burgus vel villa vel vniuersitas seu cōitas que talem malefactorē vel bannitū cepit ⁊ nō p̄ntauerit dolose seu malitiose vt.s̄. Si quidē in eo vel ea habitauerint hoīes centū vel abinde supra puniať cōi papie in libris mille. Si vo ibi habitauerint pauciores vsqz ad qnquaginta hoīes puniať ī libr qngētis. Si vo habitauerint pauciores vsqz ad.x.puniať in libris.cc.abinde vo infra in libris.l.papien. Si vo captus nō erat vel fuisset puniēdus pena capitali vt.s̄.sed pecuniaria ꝙ nō p̄ntans dolose vel malitiose puniať eadē pena q̄ puniri debebat vel debuisset ille malefactor vel bānitus si fuerit singularis ꝑsona siue burg⁹ villa cōitas vel vniuersitas. Si aūt aliq̄ vniuersitas vel singularis ꝑsona īpediuerit vel īpediret quominus malefactor vel bānitus ꝓsignareť vt.s̄.ꝓdēneť vniuersitas burgus vel villa si fuerint ibi hoīes centū vel abinde supra ⁊ ille talis erat vel fuisset puniendus pena mortis vel mēbri abscisionis ī libris trecētū papien. Si fuerint abide ifra vsqz in hoīes qnquaginta cōdēneť in libris.cl.abinde vo infra in libris.l. papien. Si vo fuerit singularis ꝑsona que taliter īpediuerit puniať in libris.cc. Saluo statuto posito sub rubrica de pena illius q abstulerit vel aufferri fecerit ⁊c. Item saluo ꝙ si captus fuerit inimicus vel guerer⁹ vel rebellis ⁊ guerrius cōis papie tpe alicuius guerre ⁊ ꝓpter guerrā ꝙ p̄ns statutū nō hēat locuz. Habeat tñ potestas papie in p̄dictis casib⁹ ⁊ quolibet p̄dictoꝝ bailiā ⁊ ptātez minorādi dictas penas ꝓsiderata ꝓdictōe ꝑsonaruz ⁊ qualitate facti.

¶ De pena illius qui tenuerit bānitum de maleficio cōis papie vel auxiliū vel opem prebuerit ei. Rica.

lj **Item** Statuimus ꝙ qcunqz qui deinceps tenuerit aliquē bānitū d̄ maleficio cōis. p̄p. de quo maleficio veniret pena mortis puniēdus. Si sciuerit bānitū de maleficio p̄dicto ⁊ ei denūciatū fuerit: ⁊ post denūciatōnez factā ꝑ diē ⁊ nocte tenuerit ꝙ puniať pena qua puniēdus eēt ille bānit⁹. Saluo ꝙ si receptatus fuerit receptātis seu tenētis ꝓpinquus occasione cōsanguitatis minus puniať arbitrio ptātis in auere. Et si fuerit cōitas illa ī cuius terra fuerit dict⁹ bānitus postq̄z notū fuerit vel denūciatū ꝙ tūc burgus ꝓdēneť si bānitus esset ex crīe ex quo deberet puniri pena mortis in libris.cc. papien. ⁊ locus vel terra in libris.l.ꝑ qualibz vice. Et saluo ꝙ si dicta cōitas denūciauerit ptāti.p̄p.ꝙ talis bānitus de maleficio hītat in sua terra ⁊ ꝙ pp eius vel tenentiū potētiā eū expellere nō possunt ꝙ ad dictā penā minime teneať cōitas. Et idē si p̄dictū bānitū ꝓsignauerit cōitas vl̃ fecerit ꝓsignari. Et exceptis viduis ⁊ minorib⁹.xiiij.annis ⁊ miserabilib⁹ ꝑsonis que ad dictā penā minime teneanť. Et ille qui tenuerit cōitatē teneať ꝓseruare indēnē: dātes vero auxiliū ꝓsiliū vel fauorē eidē bānito sciēter aliter q̄z sup̄dictū est ꝓdēneť cōi.p̄p.in libris.l.papien. ⁊ min⁹ arbitrio ptātis inspecta ꝓdictōe bāniti ⁊ fcī. Et si fuerit bānit⁹ ex alio malio ex q̄ bannit⁹ nō veniat morte puniēdus tñ sit eidē pena sanguis īgerēda si sciēter eū tenuerit puniať cōi.p̄p.singularis ꝑsona ī libr.xxv.ppñ. ⁊ si fuerit cōitas vl̃ vniuersitas loci vl̃ ville ī libr.xxv.ppñ.

HAYKOVA FOTOTEKA OHY imeni V.I. ЧИЧИКОВА

¶ De pena comuniũ terrarũ territorij papie ⁊ eorum ibi habitãtium qui ⁊ que fuerint negligentes in capiendo malefactores euntes per eorum terras ⁊ de pena eoꝝ qui non cucurrerint ad stremitas. Rica.

liij **Item** Statuimus q̃ cõitas castroꝝ burgoꝝ castelanciaꝝ villaꝝ locorũ ⁊ terrarũ district⁹ papie vel territorij vltra padũ vel ĩ lomelina. Sicomario deintus papiã ⁊ lauõ ⁊ mediolanũ siue sint ꝓpria cõis papie siue cõia cũ alia ciuitate ⁊ singulares psone taꝫ ciues q̃ꝫ nõ ciues ibi habitãtes cuꝫ eoꝝ familijs teneanť ⁊ debeãt toto posse currere ad stremitas vel cridas que fient in eoꝝ terris castelancijs vel territorijs vel in illis partib⁹ ⁊ p̃tis ⁊ prohibere ne baruarij ⁊ caualcatores robatores schachatores ⁊ malefactores ⁊ quilibet ipsoꝝ seu aliquis ipsoꝝ currãt vel transeãt per terraꝫ territoriũ vel districtũ papie: ⁊ ipsos ⁊ singulos prosequi toto posse. Et si quã culpã vel negligẽtiã cõmisserint aliqua cõitas in aliquo ꝑdictoꝝ ⁊ singulares psone cũ familijs habitantib⁹ taꝫ ciues q̃ꝫ non ciues cõi papie puniant cuilibꝫ dãnum passo ꝓ modo culpe ⁊ negligẽtie arbitrio dñi ptãtis papie. Et vt ꝑdicta melius exequanť statuimus q̃ cuilibet psone liceat dictos baruarios: caualcatores: robatores: schachatores: ⁊ malefactores ⁊ quẽlibet ipsoꝝ capere ⁊ ꝓsignare cõi papie. Et equi ⁊ arma ⁊ omnes res malefactoris sint capientis.

¶ De pena cõsulis cõitatis anzianoꝝ ⁊ parochianoꝝ qui nõ denũciauerint vel accusauerint maleficia potestati: ⁊ de pena illius qui nõ ꝓsignauerit ptãti papie illum qui cõmisserit: ⁊ quando teneatur ad predicta. Rica.

liij **Item** Statuimus q̃ deinceps quelibet vicinia seu parochia ciuitatis papie ⁊ burgoꝝ se tenentiũ cũ ciuitate. ꝑꝑ. seu q̃ appellať pochia ciuitatis papie ⁊ vicini ⁊ pochiani cuiuslibet ipsoꝝ ⁊ quelibet cõitas seu vniuersitas cuiuslibet burgi castri ville loci ⁊ terre territorij vel districtus papie teneatur ⁊ debeat ⁊ cogi possit oĩbus ⁊ singulis iuris remedijs facere vicinãtiaꝫ seu parochiã ⁊ parochiani ⁊ vicini oĩ anno anzianũ vel anzianos: ⁊ cõitas seu vniuersitas ⁊ dñi cuiuslibet ipsaꝝ ꝓsulesꝫ vel ꝓsules: vicariuꝫ vel vicarios. Et dicti anziani ꝓsules ⁊ vicarij teneanť denũciare vel accusare homicidia feritas ⁊ alia maleficia ⁊ delicta que fient in eoꝝ vicinãtijs seu parochijs vel burgis eoꝝ vel villis castris terris ⁊ eorũ territorijs ⁊ quib⁹ veniat pena imponẽda maior libris duodecim cũ dimidia ꝓm formã statutoꝝ cõis papie. Si vero veniret imponẽda minor nõ teneanť denũciare: nec ad hoc astringi possint: nec cadãt ĩ aliquã penã si nõ denũciauerint: quas denũciatões facere teneanť infra secũdaꝫ diẽ si fuerit in ciuitate vel burgis adherẽtibus: ⁊ infra quintã diẽꝫ si fuerit in territorio: ⁊ in denunciatione teneať dare in scriptis ꝑsumptões vel ꝓbatões vel indicia. Furta autẽ denũciare teneanť ita domũ si passus furtũ cõquestus fuerit parochiano anziano vel consuli vel rectori. Et si sit publicũ vel publica vox ⁊ fama aliquẽ furtũ fecisse illum denunciare teneať alias nõ teneanť psonaꝫ denũciare: ſꝫ soluꝫ denunciare in genere furtuꝫ tale esse factũ: quas denunciatões si non fecerint ⁊ negligẽtes fuerint in denunciando puniať vicinia vel locus vel terra. Si quidẽ fuerit tale maleficiuꝫ cõmissuꝫ ex quo veniret ĩponẽda pena sanguinis in libris. xxv. papieñ. Si vo veniret alia pena imponẽda vt. s. puniať in libris. x. papieñ. Teneanť etiã capere malefactorẽ delinquẽtẽꝫ vt. s. extra ciuitatẽ vel burgos ꝓsules locoꝝ vicini burgi ville loci ⁊ terre si maleficiũ cõmisserit ex quo veniat ĩponẽda pena

sanguinis

sanguinis: vel cõmisserit feritã cũ sanguine ⁊ cuꝫ armis. Si talis malefactor cõmisserit maleficiũ de die in terra vel burgo intra fortilitiã si hꝫ fortilitiam: si aũt non hꝫ fortilitiã teneať capere toto posse. Et intelligať villa vel locus fecisse suũ posse si cõsul ville vel burgi cũ duobus vicinis bone cõditiõis ⁊ fame iurauerint vel parati sint iurare se suum posse fecisse ad capiẽdum malefactorem ⁊ cape non potuisse. Et qui negligẽs fuerit in capiendo vt supra ⁊ p̃sentando in fortiã dñi ptãtis papie puniatur si fuerit maleficiũ ex quo pena sanguinis ingerať in libris quinquaginta. ꝑꝑ. ꝓ alijs aũt in libris. xxv. ꝑꝑ. vicinia locus vel villa ⁊ minus in quolibꝫ dictorum casuum arbitrio dñi ptãtis ĩspecta qualitate facti cõditiõe psonarũ cõitatũ ⁊ vicinorũ dictarũ villaruꝫ. Saluo q̃ si locus vel villa illũ qui deliquerit cõsignauerit vel cõsignari fecerit ante condemnationẽ de eo vel ea cõitate factam vel post infra quindecim dies q̃ ad dictã penã minime teneanť: saluo q̃ si maleficiũ cõmissum fuerit õ nocte inter quoscũq̃ꝫ vel de die inter alienigenas q̃ tunc ad suprascripta minime teneãtur: scilicꝫ de eo q̃ non fuerint ꝓsequuti nec ceperint nec cõsignauerint. Et q̃ dñs ptãs vel eius iudex maleficiorũ non possint ꝓcedere contra villaꝫ occasiõib⁹ antedictis post mensem postquã ꝓcessus ĩchoatus fuerit cõtra principalẽ delinquentem. Item q̃ pochiani cõsules ⁊ alij officiales q̃ denunciant ex necessitate officij maleficia nõ teneanť aliquid dare notarijs maleficiorum pro presentatione denuncie. Et sit pena notarijs aliquid recipientibus pro qualibet vice librarum decẽꝫ papieñ.

¶ De pena illius qui fecerit inuitamentũ hominũ armatorũ: ⁊ de pena illi⁹ qui iuerit ad inuitamentũ. Rica.

liiij **Item** Statuimus q̃ nullus debeat facere aliqõ inuitamentũ hominũ armatorũ: nec aliquis ire cũ armis etiã ad alterius ĩuitamentuꝫ ꝓ offendẽdo aliquẽ in auere vel in psona: ⁊ q̃ cõtrafecerit si inuitamentũ fecerit ⁊ hoĩes inuitatos hũerit cõdemneť cõi papie quilibet inuitans ⁊ inuitari faciens in auere ⁊ psona vel in altero tm̃ arbitrio dñi ptãtis papie inspecta qualitate psonaꝝ ⁊ facti. Et quilibet q̃ inuitatus fuerit ⁊ iuerit ad inuitamẽtũ in libris ducẽtũ. ꝑꝑ. ⁊ minus arbitrio ptãtis inspecta in vtroq̃ꝫ casuum predictorũ qualitate facti ⁊ delicti ⁊ psone.

¶ De pena ꝓhicientis lapides de nocte super domũ alicuius. Rica.

lv **Item** Statuimus q̃ nõ sit aliqua psona cuiuscũq̃ꝫ cõditionis existat q̃ audeat vel p̃sumat trare vel ꝓhicere vel straminare lapides de nocte super aliquã domũ habitatiõis alicuius persone habitãtis in ciuitate vel territorio. ꝑꝑ. nec trare seu prohicere vel straminare lapides ad aliquam fenestrã seu balconũ vel hostiũ domus alicuius habitantis in ciuitate papie vel burgis ipsi ciuitati adherentibus vel territorio. Et si aliqua psona cõtrafecerit ⁊ de hoc dño ptãti papie seu eius iudici maleficiorũ vel eius vicario facta fuerit plena ⁊ legittima fides q̃ dictus dñs ptãs habeat liberã ptãtẽꝫ ⁊ arbitriũ cõdemnãdi ⁊ puniẽdi talem sic cõtrafacientem vsq̃ꝫ ad quãtitatẽꝫ ⁊ in quãtitate librarũ centũ inspecta ⁊ cõsiderata qualitate facti ⁊ cõditione personarũ. Ac ẽt possit ac valeat ⁊ liberũ arbitriũ habeat dictus dñs ptãs talem sic cõtrafaciẽtẽꝫ cõfinare ⁊ in cõfinibus ponere extra territoriũ papie ꝓ. xx. miliaria ad voluntatem dicti dñi ptãtis. Si autẽꝫ ipsi domino potestati

k

HAYKO BAUMANN
ОНУ имени Н.Н. МИКЛУХО-МАКЛАЯ

vel eius iudici ad maleficia vel eius vicario nō fuerit facta plena fides: sz solum fuerit fides facta per vocē ⁊ famā: tūc ⁊ eo casu dict⁹ dñs ptās hēat potestatem bapliā ⁊ liberū arbitriū dictā talē psonā sic cōtrafaciētem cōdemnādi ad cōfinia ⁊ in cōfinibus ponēdi tantū extra territoriū papie p. xx. milia/ria ad suā liberā volūtatem non obstātibus aliquibus statutis cōis papie generalibus vel spālibus in ꝓtrariū faciētibus: ⁊ nō obstāte aliqua lege seu iur̄ in cōtrariū faciēte. Que oīa ⁊ singula ī cōtrariū faciētia huic statuto sint cassa ⁊ irrita ipso iure ⁊ facto ⁊ nullius valoris ⁊ momenti hui⁹ statuti aucītate.

¶ De pena custodis carcerum communis papie accipientis vltra q̄z debet p̄ infrascriptum statutū. Rica.

lvj **Item** Statuimus q̄ aliquis custos carcerū cōis papie nec aliqs ip sorum custodū officialis nec aliqua alia persona que deinceps stet ad ipsos carceres nō ōbeat exigere vel accipe ab aliquo carcerato nec ab aliqua alia psona occasiōe carceris vel carcerati aliquā pecuniā nec aliqō aliō nisi vt sequit̄: vz ꝑ itroitu carcerū solidos sex ⁊ denarios octo. p̄p. ⁊ totidē ꝑ exitu: ⁊ ꝑferriatura ⁊ differriatura solidos tres. p̄p. tm̄: ⁊ ꝑ custodia cuiusli/bz diei qua dict⁹ carcerat⁹ steterit in dictj carcerib⁹ denarios sex. p̄p. si pnoctauerit in carcere. Et si ea die exiuerit de carcere qua posit⁹ fuerit dimidiā quātitatis suprascripte. Et nō inferriet̄ aliq̄ psona nisi fuerit capta de maleficio ex quo pena sanguinis eidē capto ingerat̄ pure vel cōditionaliter ꝑ aliquod statutū cōis papie: vel nisi de expresso ⁊ spāli mandato ptātis vel ei⁹ iudicis maleficiorū: de quo mādato appeat publica scriptura: ⁊ si aliter fuerit inferriatus ꝑ iferriatura vel ēt ꝑ differriatura nihil soluere teneat̄ custodi carcerū vel alteri psone īcarcerat⁹ p̄dictus ⁊ vltra dictus custos cadat in penā ipo iure librarū. x. p̄p. ꝑ quolibet taliter inferriato. Et q̄ a portatoribus sachoꝝ familiarijs seu baruarijs alicuius rectoris vel officialis cōis papie seruitoribus ipsius cōis nec a paupibus arbitrio dñi ptātis. p̄p. vel ei⁹ iudicis cognoscendis ⁊ terminādis: nec ab aliq̄ p̄dictorū cui nō fuerit data guardia spālis ꝑ officialē cōis. p̄p. seu q̄ nō fuerit positus in custodia nō possit aliqs p̄dictorū exigere vel accipe aliqd: nec ēt possit exigere vel accipe exigi vel accipi p/mittere vltra dictas quātitates vt supra a ptāte carceratorum nec ab aliqua alia psona siue fuerit custos siue fuerit superstes: siue fuerit officialis carceꝝ siue ibi stās aliquā quātitatem pecunie nec aliquid aliud pro potestaria oleo lignis: candelis: lecto introitu: exitu: custodia: cibo: ⁊ potu: focho nec alia cā que dici vl̄ excogitari possz. Et siquis ꝓtrafecerit puniat̄ cōi papie absq̄z cōdēnatione ⁊ ꝑcessu vel snia aliqua in duplū eius quātitatis vel valoris rei recepte ꝑmisse vel deposite: ⁊ nihilominus restituere teneat̄ accepta ꝑmissa vel deposita: de qbus omnibus stetur dicto carcerati cuz sacramēto ⁊ teneat̄ secret⁹. Et dñs ptās ⁊ eius iudex maleficiorū ⁊ qlibet ipsorū teneant̄ singulis quindecim diebus vinculo sacramēti de predictis inquirere: ⁊ reptū culpabilem punire ⁊ exigere sine strepitu ⁊ figura iudicij ⁊ ex officio suo. Ac etiaz suo arbitrio punire custodes p̄dictos ⁊ alios si alicui carcerato fecerit q̄ fieri non debz vel indebitū grauamē ⁊ arbitrio dñi ptātis vel iudicis termīare nec nō cogere dictos supstites ⁊ custodes ad faciēduz depositū penes aliquē ꝑ dictū dñm ptātem vel iudicē eligendū librarū. x. papien. de quo si cōtrafactum fuerit vt supra iacet soluatur ⁊ exigat̄ dicta pena ⁊ solutū ꝑmissuz vel depositū de totidē faciēdū. Et sic deinceps dominus potestas vel aliquis de

sua

sua familia nō possit de his que fecerit ꝓm hoc statutū aliquo tēpore sindicari cōueniri appellari vel molestari. Sed si nō seruauerint possint sindicari de p̄dictis: ⁊ iudex maleficiorū cōis papie habeat curā de suprascriptis custodibus ⁊ custodiendis psonis: ⁊ q̄ faciat obseruari per ipsos custodes ipsuz statutum: eo saluo q̄ p̄ presens statutū non derogēt̄ venditioni seu incantui carcerum quātū est in solutiōibus predictis.

¶ De pena supstitis vel custodis carcerū cōis papie si eius custodie tēpore aliqs carceratus aufugerit de carcere. Rica.

lvij **Item** Statuimus q̄ si deinceps aliquis carceratus aufugerit de carceribus cōis papie ⁊ custodia supstitis vel custodis q̄ tūc superstes siue custos puniat̄ eadez pena siue simili q̄z debebat pati vel debuisset p̄/dictus qui aufugit: siue illa pena fuerit corpalis: siue pecuniaria siue mixta: nisi superstes vel custos ꝑbauerit carceratū fugisse cū altero ex supstitibus: quo casu ille solus cū quo carceratus aufugit puniatur vt supra: ⁊ non aliter supstes seu custos nō culpabilis vere: ꝓterquā in pena premissa in instrumento dati carceris: vel posita in ꝓuisiōe cōis vel officialis ꝑ cōi facta. Et si carceratus eēt alicuius cōitatis vel singularis persone debitor vel esse debebat ex snia ꝑferenda q̄ tunc nisi vt supra custos ⁊ superstes ⁊ quilibet ipsorum teneātur suprascripto creditori vel creditrici in quantitate illa ī qua ille q̄ aufugit tenebat̄. Et ad dictā quātitatem dicti supstes ⁊ custodes ⁊ fideiussores eoꝝ teneant̄ ⁊ cōueniant̄ ⁊ exigant̄ pinde ac si essent debitores cōdēnati legittime ⁊ de eorū bonis possessio data ⁊ bāniti pro cōdemnatione ⁊ legittime ⁊ pro quolibet carcerato singularis creditoris vel cōitatis qui aufugerit nisi vt supra vltra predicta cōdemnet superstes vel custos cōi papie in libris quinquaginta. p̄p ⁊ minus ad voluntatem ptātis. Que oīa ⁊ singula dñs ptās ⁊ quilibet suus iudex sine strepitu ⁊ figura iudicij exequutione mittere teneat̄ tam in fauorē cōis papie q̄z dicti creditoris oib⁹ ⁊ singulis iur̄ remedijs. Addentes q̄ camera que est ꝑ mediū carceruz inferiorum cōsuetoꝝ de cetero sit locus carcerū mulieruz ⁊ in ipsa ⁊ non in carceribus hoiuz includant̄ mulieres sub custodia custodū aliorum carcerum.

¶ De pena cōis terre districtus papie qō posuerit in deueto aliquē ciuez ciuitatis papie vel aliquā ecclesiasticā personā vel aliū q̄ nō sit de cōitate sua.

lviij **Item** Statuimus q̄ aliquod cōe loci burgi castri ville terre territorij vel districtus papie nec aliquis ipsoꝝ nec rectores vel officiales ipsoꝝ cōiuz vel alicuius ipsorū nō possint nec debeant dare deuetū nec ponere in deueto vel interdicto aliquē ciuē papie vel aliquam personā singularē secularē vel ecclesiasticā que nō sit dicto cōi supposita dirrecte vel indirrecte nec aliqua onera realia vel personalia eis vel eoꝝ bonis vel eorū massariis eoꝝ occasione īponere: ⁊ si secus factū fuerit puniat̄ qualibet vice ⁊ ꝑ qualibet persona cōis loci castri ville burgi vel terre districtus papie in qua illō factum fuerit in libris quinquaginta papien. Et pro quolibet rectore in libris. x. papien. ⁊ nihilominus interdictū seu deuetū non valeat nec teneat ipso iure: ⁊ nō reddat̄ ei ius in agēdo nec in defendēdo ciuiliter: ⁊ de predictis stet̄ dicto accusatoris cū vno teste vel cū duobus de voce ⁊ fama. Et q̄ credat̄ illi qui positus fuerit in deueto suo sacro de damno ⁊ de deueto sibi illato: ⁊ q̄/

k 2

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

libet possit accusare ⁊ habeat dimidiam suprascripte pene.

¶ De pena illi⁹ qui aliquā possessionē vel rē īmobilē vel ius qō hz ī comarcha vel alibi vendiderit alicui nō substinēti onera cōis papie. Rica.

lviiij **Item** Statuimus q̄ nullus suppositus iurisditōi ciuitatis papie de cetero vēdat donet permutet ī emphiteosim cōcedat nec aliquo mō alienet aliquā rez īmobilē decimā vel decimariā vel aliqō ius quā ⁊ qō hēret intra papiā ⁊ mediolanū vel laude: vel in aliqua parte territorij vel district⁹ papie alicui forestero vl̄ alienigene ⁊ spāliter in aliq̄ comarcha terre papie: ⁊ intelligāt comarcha territorij papie edificia ⁊ iura que sunt in cōfinib⁹ seu limitibus territorij papie ⁊ alterius ciuitatis: et iura ⁊ cōfinia ⁊ limites versus papiā vel terrā. pp̄. per qnqz miliaria: ⁊ intra ipsa qnqz miliaria. Et si cōtra predicta vel aliqō predictorū factū fuerit ipso iure non valeat nec teneat īmo ipso iure sit publicatū ⁊ publicata cōi papie: et nihilomin⁹ alienans puniatur cōi papie in auere arbitrio dñi ptātis papie. Et si ille qui alienationez recepit re vel iur̄ sibi alienata vel alienato vsus fuerit puniat̄ in amissione ei⁹ qō dederit occasiōe talis acquisitionis: ⁊ nihilominus alienatio ⁊ acquistum nullius sit momenti sed sit publicatū vt supra. Saluis tñ manētibus omnib⁹ alijs statutis cōis papie in predictis ⁊ circa p̄dicta penā augentibus p̄dictaz vel strictiores modos ⁊ vias in fauorē cōis ⁊ hoīuz. pp̄. ponētibus. Et predicta oīa locum habeāt saluis exceptiōibus positis ⁊ psonis exceptatis in statuto posito supra sub rubrica de rebus īmobilibus in nō subditū non transferendis: qō statutum est in volumine statutorum ciuiliū causarum. Addentes etiam q̄ predicta locū non habeant in forensibus qui efficerent̄ ciues de quibus ⁊ put fit mentio in predicto statuto. declarātes ēt q̄ per predicta nullum preiudiciū fiat nec genere ecclesiastice libertati.

¶ De pena illius qui in districtu papie laborauerit terram alicuius alienigene non ciuis papie. Rica.

lx **Item** Statuimus q̄ de cetero aliqua psona in districtu papie non debeat alicuius alienigene nō ciuis papie laborare terras aliquas sitas in districtu papie venditas vel alienatas vel in aliū translatas ꝗtra formā suprascripti, primi statuti positi sub rubrica de pena illius qui aliquā possessionē vel rem īmobilē. Et siqs de cetero cōtrafecerit per dñm ptātez papie puniat̄ in libris qnquaginta. pp̄. ꝑ quolibet: ⁊ vltra teneat̄ fructus dictarum terrarum illius anni quo contrafecerit dare ⁊ soluere cōmuni papie seu eorum estimationem.

¶ De pena vendentis vel capiētis columbos domesticos volatores viuos vel mortuos: ⁊ de pena habētis luxellū ad aliquaz fenestrā vel balconū aptū ad dictos columbos capiendos. Rica.

tiarius fictabilis vel molinarius ⁊ quilibet õ sua familia masculus maior annis quattuordecim satisfacere olim domino seu locatori: alioquin colonus partiarius fictabilis vel molinarius ⁊ quilibet de sua familia masculus maior annis.xiiij. ꝓtrafaciens ad petitionem olim dñi sui locatoris personaliter capiet in carceribus cõis papie detineri possit donec satisfecerit ipsi olim dño seu locatori de eo qõ habere debebit vt.s̃. non obstante collocatõe captionuz facta vel in futurum fienda. Nec possit idem colonus parciarius fictabilis vel molinarius vel alius de sua familia taliter captus ⁊ detentus petere ipsi olim domino seu locatori solidos duos tertiolorum in die: qui peti possunt per alios carceratos: nec possit talis captus relaxari de carceribus etiaz si cederet bonis nisi satisfecerit olim domino vel locatori: ⁊ etiaz liceat ipsi olim dño seu locatori capere ⁊ robari facere tali colono partiario fictabili vel molinario ⁊ cuilibet de sua familia boues ⁊ plaustrum ⁊ omnia alia bona que reperientur in custodia vel in habitatione talis coloni partiarij fictabilis vel molinarij vel emphiteote vel alicuius de sua familia nõ suppositi: que bona quo ad hoc esse presumantur ipsius debitoris: nec possit fieri probatio in contrarium per ipsum non suppositum: ⁊ quilibet nõ suppositus iurisditioni cõmunis papie qui cõmisserit contra predicta vel aliquod predictorũ ipso iure intelligatur esse ⁊ sit exemptus ⁊ alienus a protectione ⁊ defensione cõmunis papie si non soluerit vel excomiauerit infra decem dies postq̃z ei fuerit notificatum. qõ statutum habeat locũ tam in debitis preteritis q̃z presentibꝰ ⁊ futuris. Et si controuersia oriatur inter olim dñm seu locatorem ⁊ dictum colonum partiariũ fictabilez seu molinariuz vel aliquẽ de sua familia sup q̃ztitate debiti vel alia occasione: ꝙ dñs vicarius, puisionis ⁊ vicarius ptãtis papie ⁊ vterqꝫ eoꝝ insolidũ sũmarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij ⁊ sola vi tate inspecta faciãt ius remota omni appellatiõe ⁊ nullitate ⁊ attẽtis supius narrat̃ p̃sertiz intellecta statuti ꝓtinẽtia. Et volẽtes dictoꝝ deputatoꝝ regstioni annuere harũ serie ⁊ ex certa nostri sciẽtia dictũ statutũ ac oia ⁊ singula in eo contenta ꝓfirmamus ⁊ approbamus: ac robur ⁊ effectum sortiri volumus. Mandantes omnibus ⁊ singulis officialibꝰ nostris ciuitatis papie: ⁊ alijs ad quos spectat ⁊ spectabit quatenus dictũ statutuz publicari faciãt in locis solitis: ⁊ in volumine statutoꝝ alioꝝ iaz dicte ciuitatis nr̃e papie inseri ⁊ describi. ¶ Illudqꝫ obseruent ⁊ faciant ab alijs inuiolabiliter obseruari aliqbus in ꝓtrariũ faciẽtibus nõ attentis: quibꝰ in hac parte dũtaxat ex certa nostri scientia derogamus. Reseruãdo tn̄ nobis arbitriũ ⁊ bailiã predictũ statutuz qñcunqz nobis videre mutãdi ac corrigendi ⁊ ei addendi ⁊ diminuendi ꝓtra ipsumqz disponẽdi si ⁊ ꝑut nobis videbit̃ ⁊ placuerit. In quoꝝ testimonium presentes fieri iussimus ⁊ registrari nostriqz sigili solite impressionis munimine roborari. Datj Mediolani die.xvj. februarij. M.cccc.liij. Signatj Franciscus.

¶ Decretum super donationibus ⁊ cessionibus iurium non fiendis nisi seruata certa forma. Rica.

vij **Jo. Galeaz** Maria Sfortia Vicecomes Bur. Mediolani ⁊c̃. Harum tenore edicimus decernimus ⁊ mandamus ne quis in posterũ. Audeat quauis causa ⁊ occasione cupiaz cuiusuis status ⁊ cõditionis existat bona aliqua imobilia generis cuiusuis fuerint in ditione nostra vel alibi donare nec principaliter in consequentiaz nec aliqua iura ti-

tulo lucratiuo in alium transferre ⁊ cedere: neqꝫ notare huiusmodi donationes iurium cessiones ⁊ translationes vt supra publicis documētis: nisi donatores ⁊ cedentes iureiurādo ꝓtestentur ⁊ affirment ac etiam donatarij ⁊ cessionarij eas esse veras nō autem fictas nec simulatas nec vlla seipsos fraude aut dolo ductos nec in fraudem alicuius persone: sed sua sponte atqꝫ sincero mētis affectu ⁊ bona fide ad huiusmodi donationes ⁊ cessiones deuenire: ⁊ absqꝫ vlla pactione palam vel secrete facta ꝙ vllo vnq̄ꝫ tempore retrodacio vel retrocessio fiet de bonis iam donatis vel cessis vt supra. ¶ Decernētes ⁊ volentes si secus fiat ipsas donationem ⁊ cessiones irritas ⁊ nullas esse atqꝫ pro irritis ⁊ nullis haberi: ⁊ notarios qui contra hanc mentem nostram instrumenta aliqua ⁊ iura fecerint a tabellionatus officio per annum vnum deponi: accusatori vero libram vnam quarūcunqꝫ centum librarum precij rerū donatarum vel cessarum vt supra omnino applicari ꝙ quidem decretum nostrū perpetuo valiturū pro lege haberi ac inuiolabiliter obseruari volumus ⁊ iubemus. In quorum testimoniū presentes fieri iussimus nostriqꝫ sigilli munimine roborari. Datis Vigleuani. die. xx. martij. M. cccc. lxxxix. Signatis Philippus.

¶ Dux Mli ⁊c. dilecte noster has nostras declarationis litteras ad vos dedimus vt eas publico edicto in locis consuetis vestre iurisditionis vulgari: ac in volumine statutorum istius vrbis nostre describi faciatis. Datis Papie die. xxv. iunij. M. cccc. lxxxix. Signatis Philippus. a tergo Nobili ⁊ sapienti doctori potestati nostro Papie dilecto.

¶ Decretuꝫ ꝙ donationes ⁊ cessiones iurium que inter viuos tantum fient cōprehendant que de iure vere ⁊ ꝓprie donationes appellant: ⁊ ꝙ absentes ⁊ ministri piorum locorum iurent cū de eis notitiā habuerint. Rica.

viij **Jo. Galeaz** Maria Sfortia Vicecomes Dux Mli ⁊c. Papie angleriecqꝫ comes ac ianue ⁊ cremone dñs. Et si satis superqꝫ clara sint decreti nostri verba qō die vigesimo maij proxime preteriti de cessionib⁹ ⁊ donationib⁹ edidimus: ita vt plane mens nostra colligi possit quēadmodū ex ipsius lectiōe percipi pōt: tñ ad maiorē eiusdem nostre mentis expressionē: ⁊ vt oīs ambiguitas que ob hoc in posterū oriri posset tollatur. Presentiū tenore decernimus ⁊ declaram⁹ eam fuisse mentē nostrā: ꝙ donationes ⁊ cessiones que inter viuos tm̄ fient cōprehendant que de iure vere ⁊ ꝓprie donationes ⁊ cessiones appellant. ¶ Verū qr etiā donatiōes nō vnq̄ꝫ fiunt ac iuriū cessiones his q absunt nec nō ⁊ pijs locis interdū. Volum⁹ ad iusiurandū cuius in eodē decreto fit mentio donantes cedētesqꝫ teneri: ⁊ idē iusiurandū in ipso donationū siue cessionū actu p̄stare eiusmodi aūt absentes ⁊ pioꝝ locoꝝ deputatos oīno ad ipsum iusiurandū p̄standū obligatos esse cū de donationib⁹ aut cessionib⁹ ipsis edocti fuerint ⁊ eas acceptare voluerint. Reliqua vero oīa in decreto ipso contenta volumus inuiolabiliter obseruari ad vnguem omni remota exceptione. In quoꝝ testimoniū presentes fieri iussimus ⁊ registrari nostriqꝫ sigilli impressione muniri. Datj Papie die. xxv. iunij. M. cccc. lxxxix. Signatj Philippus.

¶ Decretū ꝙ Judices ordinarij possint ꝓcedere summarie simpliciter ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij. Et ꝙ non capiant salariuꝫ pro causis sibi cōmissis sub pena quadrupli. Rica.

¶ Littere

¶ Littere Regie super obseruatione infrascripti decreti.

viiij **Ludouicus** Dei gratia Francorꝝ Neapolis ⁊ Hierusalē Rex ac Mediolani Dux ⁊c. Fidelibus dilectis nostris cōmissario pretori ⁊ presidentibus ciuitatis nostre papie presentibus ⁊ futuris salutem. Ordinis nuper per nos editi his alligatum exemplū vobis mittimus cōmittimusqꝫ ⁊ volumus illum publicari ⁊ in volumine aliorꝝ ordinum ⁊ decretorꝝ nostrorum inseri ⁊ registrari ac obseruari faciatis. Rescribendo nobis postmodum ⁊ de receptione presentium ⁊ exequutione earum facta. Datj Mli die decimo ianuarij. M. cccc. ij. ⁊ regni nostri āno quarto. Per regem ducem Mli ad relationē senatus. Signatj Jullius ⁊ sigilatj sigillo regio in cera rubea.

Tenor decreti.

¶ Ludouicus dei gratia Francorꝝ Neapolis ac Hierusalem Rex ⁊ Mli Dux ⁊c. Uniuersis ⁊ singulis p̄nsentibus ⁊ futuris notum facimus ꝙ quādocunqꝫ miserti aliquoꝝ inopiam nōnulloꝝ sexus aut etatis fragilitatem aut alijs dignis ex causis moti quo celerius ius suū cōsequātur ad ordinarios iudices ad quos alioquin etiam iurisditio spectaret scribimus: vt in illoꝝ cognitione procedant summarie simpliciter ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij ipsa facti veritate attenta. Et aliquādo ēt clausula illa a seipso adiecta: vt hoc modo pauperes minores mulieres infirmi ⁊ alie huiusmodi p̄sone ī quorum fauorem scribimus dispendio temporis ⁊ eris subleuent: sed ꝙ a nobis vel a magistratibus maioribus quibus sub ea forma scribere licet in beneficium predictarum personarū fieri creditur: ab ipsis ordinarijs in dispendium conuerti percepimus: cum ab eisdem pro taliuꝫ decisionib⁹ causarū salarium extorqueant: sub hoc conuento vt quasi pro huiusmodi concessione eorum iurisditio sit alterata: ita vt ex ordinarijs effecti sint delegati: quodqdeꝫ genus questus exosi indigne vt par est ferentes: ꝙ in alicuius cōmodum conceditur in eius damnū preiudiciū ve conuerti. Per has nostras perpetuo valituras edicimus ⁊ declaramus nulli ordinario iudici mediate nobis vel immediate subdito licere post hac sub pena quadrupli salarium vllum consequi ex pcessu vel decisione cause alicuius sibi cōmisse: ⁊ que alioquin iure ordinario ad eius iurisditionē pertineret ne cōmissione huiusmodi cessante salariuꝫ vllum ei deberetur: quam penaꝫ a ꝗtrafacientibus exigi volumus nō expectato sindicatu habita statim notitia: cuius dimidium significanti cōdēnatuꝫ ex nunc esse statuimus. Mandantes presidenti ⁊ senatoribus senatum nostruꝫ Mli tenentibus magistrisqꝫ vtriusqꝫ camere nostre ⁊ ceteris oībus ad quos quōlibꝫ spectat vt hoc edictū ⁊ declarationē īcōcusse obseruari faciāt: qr sic fieri volumus. Datis Mli die scōo decēbris. M. cccc. j. regniqꝫ nostri quarto Per regem ducem Mli ad relationē senatus. Signatj Jullius a tergo commissario pretori ⁊ presidentibus ciuitatis nostre Papie.

¶ Decretum Regium ꝙ nullus officialis siue capitaneus siue castelanus papie possit se impedire de causa ciuili nec criminali quouismodo etiam si litigantes consentiant. Rica.

x **Ludouicus** Dei gratia Franchorum Neapolis ⁊ Hierusalem Rex Mediolani Dux ⁊c. Uniuersis ⁊ singulis p̄sentes inspecturis notum facimus ꝙ frequens ad nos querella lata fuit ar-

HAYKOВНУ ИМЕНИ В.И. ЛЕНИНА ОТДЕЛ ТЕАОНЧНИКОВА

tium seu castelorum capitaneos:dum creditorum eis fortilitiorum custodias diligenter facere ⁊ munitiones curare debent:in alienissimum ab eis munus se se ingerere:⁊ in causarum cognitiones ac decisiones in quibus rudes penitus ⁊ inexperti sunt plerunq; declinare:ex quo preter subditorum dispendia quorum controversia sepe nec recte nec rite dirimuntur:etiam ordinarie iurisditiones diminutionem fiscus quoq; noster preiudicium non mediocre patiuntur. Quare vt opportune remediū adhibeamus per has nostras vim perpetui decreti obtēturas expresse. Inhibemus memoratis capitaneis seu castelanis omnibus tam presentibus q̄z futuris cuiuscunq; gradus aut conditionis existant nec non ⁊ eorum locūtenentibus:ne se aliqualiter directe nec per indirectum:nec sub aliquo quouis colore in iusdicendo aut iurisditione exercenda immisceant aut intromittant tam in negocijs ciuilibus q̄z criminalibus:etiam si partium ⁊ litigantium voluntas cōcurret:cum tamē nullam penitus iurisditionem habeant:nec prorogari nec priuatorum consensum tribui potest:⁊ hoc sub pena indignatiōis nostre ac priuationis salarij trium mensium pro singulo actu iurisditionis quem exerceri contingat. Mandantes insuper quibuscunq; subditis nostris:maxime iurisperitis:causidicis ⁊ notarijs causarum tam ciuilium q̄z criminalium quatenus non audeant coram dictis castelanis seu capitaneis nec eorum locūtenentibus causas aliquas cuiuscunq; conditionis existant tractare nec agere nec in eis patrocinium prestare neq; eas dicere nec acta conscribere:nec aliqualiter in causis ipsis se intromittere pro quanto gratiam nostram caripendunt:⁊ vlterius sub pena ducatorum quinquaginta camere nostre ipso iure ⁊ facto applicandorum in casu cuiuslibet contrauentionis:annullantes ex nunc ac cassa ⁊ irrita decernentes quecunq; acta que contra harum nostrarum dispositionē coram dictis castelanis seu capitaneis fieri contingēt. Mandantes ex nunc in mandatis Dilectis ⁊ fidelibus nostris gentibus senatum nostrum Mediolani tenentibus Magistris intratarum nostrarū ⁊ quibuscūq; officialibus ⁊ iustitiarijs nostris ad quos spectat. Quatenus has nostras obseruari ⁊ inuiolabiliter exequutiōi demādari faciant:pcedantq; ad exequutionē penarum contra quoscunq; inobseruatores ⁊ contemptores vlla exceptione aut excusatione nō admissa q̄z sic fieri volumus. Datj Mli vigesimosecūdo decembris Milesimo quingētesimo primo ⁊ regni nostri quarto. Signatj Julius ⁊c.

¶ Decretum q̄ ducentes de quauis specie victualia papiam non possint impediri nec molestari realiter nec personaliter tam p̄ debito publico q̄z priuato nec quauis causa ⁊ occasione.

Rica.

xj **Egregie** Frater ac nobiles amici carissimi ordinauit nouiter Illustris noster dominus comes q̄ omnes ⁊ singuli tam ciues q̄z comitatiui ⁊ q̄z etiam quecq; alia persona ciuitatis papie ⁊ comitatus eiusdem conducere possint ⁊ valeant de quibuscūq; partibus voluerint ad hanc ciuitatem papie blada vinum ⁊ victualia cuiuscunq; maneriei absq; eo q̄ ipsi tales conducētes pro aliquibus debitis publicis vel priuatis ac etiam debitis daciorum vel aliter realiter seu personaliter capi molestari vel inquietari quoquo modo nō possint seu valeant. Propterea statim ordinetis cras dñe Refrendarie vosq; cancelarij repente scribatis potestatibus officialibus ⁊ rectoribus quibuscunq; locorum ⁊ villarum comitatus predicti iuxta solitum litteras opportunas pro huiusmodi ordine clarius diuulgando. Magistri

intratarum

intratarum ⁊c. Datis Papie die.xij.iulij. M.cccc.iiij.

Fiat crida pro parte nostri Illustris.d.comitis.

¶ Q̄d quilibet persona comitatus papie cuiusuis ꝓditionis ⁊ status existat possit ⁊ ei liceat libere ⁊ impune ducere ⁊ duci facere victualia ad ciuitatem papie de quibuscunq; locis villis ⁊ terris predicti comitatus absq; eo q̄ pro debito sallis: siue imbotaturarum:siue daciorum: vel aliquo alio debito publico vel priuato possit vel debeat capi molestari vel impediri aliqualiter in auere vel persona:nō obstantibus aliquibus decretis vel ordinibus in contrariu factis seu disponentibus quoquo mō. Et hoc sub pena cuilibet cōtrafacienti florenorum centum pro qualibet vice applicandorum camere prefati dñi. M.cccc.iiij.die.xxvij.septēbris. Joānes d̄ guarnerio cōis papie tubicē retulit se ex ipositione ⁊ mandato Illustris.d.d.nri.⁊ etiam ex impositione eidem facta per magistros intratarum ⁊c.preconizasse in locis cōsuetis dicte ciuitatis taliter q̄ ad omnium notitiam denenire possit ⁊c.

¶ Decretum q̄ vbi delictū habuerit originem a contractu super ipso nō p̄cedatur criminaliter.

Rica.

xij **Dux** Mli verone ⁊c. Papie angleriecq; comes ac ianue dominus ⁊c. Pululantibus crebro querimonijs nō nullorum contra quos criminaliter p̄cessum est ⁊ p̄ceditur tam per te q̄z per alios diuersos iusdicētes ⁊ officiales nostros:siue per accusam siue p̄ querelā vel denūciam:esto q̄ asseruerit delictū p̄ quo p̄cessum est ⁊ p̄cedit summat̄ de negocio qd̄ habuerit originem a ꝓctu:qd̄ fuit ⁊ est penitus alienum ab intentione nostra. Disposuimus leges imponere sub qua quicūq; clarius a modo sciat qualiter in talib⁹ se habeat:ne nostri ex asperitate ⁊ malicia opprobriose vexent̄ fatigēturq; plusq̄z patiat̄ debitū rōnis. Propterea hoc edicto ⁊ decreto nostro qd̄ p̄ lege haberi ⁊ incōcusse seruari ppetuo volumus:⁊ in aliorum decretorum nostrorum ciuitatis nostre papie volumine inseri ⁊ scribi ad contextum ⁊ lr̄am p̄ut iacet edicimus decernimus mādamus ⁊ iubemus q̄ per te nec aliquē ex iudicib⁹ curie tue:nec ēt per officiū alicuius executoris ⁊ vicarij nostri ēt capitanei iusdicētis ⁊ officialis nostri in ciuitate ⁊ districtu nostri papie quomodocūq; sit ⁊ p̄ tempora erit circūscriptis oī bailia ⁊ arbitrio qd̄ ⁊ quam haberet vltra dispositionem iuris de cetero nō possit nec debeat sub pena indignatōis nostre criminaliter procedi p̄ querelam denunciā vel accusam nec quouismodo contra q̄z uis personam p̄ aliqua re vel causa seu asserto delicto que vel qd̄ sumi possit ex negocio qd̄ originem habuerit a contractu ⁊ sapit naturam contractus. Et q̄z tuncūq; processum foret:eiusmodi pro nullo habeat̄ ⁊ nullius efficacie sit valoris ⁊ momenti. Faciendo decretū id sono tube premisso in quibuscūq; locis ꝓsuetis dicte nostre ciuitatis eiusq; districtu publice diuulgari:ita q̄ ad omnium notitiā verisimiliter valeat peruenire. De ipsarūq; receptione ⁊ p̄ut feceris nobis illico rescribēdo. Datis Mli die.xj.martij. M.cccc.xiij. Signatis Innocentius a tergo. Nobili viro potestati nostro papie.

¶ Decretum q̄ in criminalibus procedatur non obstante q̄ petatur sup eo compromissum fieri debere.

Rica.

xiij **Egregie** Et sapiēs frater carissime breuit̄ rñdentes lr̄is vr̄is circa fcm̄ accuse ad offm̄ vestrū porrecte de possessiōe turbata

HAYKOBA ОНУ имени Г. МЕЧНИКОВА

per quas scribit allegari:debere inter partes fieri cõpromissum:qz accusator & accusans sunt affines & eiusdem parochie:sic exigentibus cõsuetudinibus illius ciuitatis:nec per officium vestrum debere ꝓcedi.requirens a nobis superinde declarari. Dicimus & scribimus vobis quatenus nõ attentis dictis consuetudinibus:que in isto casu minime attendi debẽt:super dicta causa ꝓcedere iusqz ministrare debeatis ꝑm formaz iuris cõmunis & dispositionẽ decreti superinde:qõ ad fraz,put iacet obseruetis & executõi mãdetis. Datis Mediolani die decimo octauo.MD.cccc.xlvj.Regulator & magistri ducaliũ intratarz extraordiariarz ac possessionũ &c.a tergo. Sapiẽti & egregio fratri carissimo dño Ioanni de blandrate iudici maleficiorz papie.

Tenor decreti.

¶ Dux Mdli &c. Dilectissimi nostri audiuimus plures processus inexpeditos esse & impediri ne inchoenẽ:dum inculpati cõparent anteqz formet inquisitio allegantes compromissuz fieri debere qz sunt affines vel eiusdem parochie:& sic elludunt qui iniuriam passi sunt & camera nostra. Quare ne cuiqz deficiat iustitia mãdamus vobis quatenus dellata querimonia quouismodo per officiales seu parochianos aut consules vel iniuriam passos aut alio mõ habito rumore seu fama vel insinuatiõe de delicto.Et sumpta super eo informatione ꝑm dispositõez iuris & statutorz papie & decretorz nostrorz vbi idicia assumi debeant procedatur ad formationẽ inquisitiõis ipsius delicti. Et successiue audito reo & datis debitis defensionibus ꝑm ordines consuetos absoluatur vel ꝙdẽnetur ,put iustitia suadebit & seruata forma memoratorz iuriuz: & ꝑm q alias disposuimus per lras nostras. Mdli datas die septimo aprilis MD.cccc.lxviij.& replicatas die tertio augusti ãni subsequẽtis. Que iura statuta & decreta nostra ac ordines nolumus in aliquo infringi vel circũscribi p viaz taliuz preuehentionũ aut interloquutionũ nec alio mõ in damnũ iniuria affectorz & camere nostre.Et si qui sint ꝓcessus seu delicta notificata quorum cognitio aliter qz supradictũ est transiuerit:mãdamus super eis ius fieri ,put etiam decreta nostra disponunt:& pari modo pẽdentes expediãtur. ¶ Circa autem stipendiarios seruari volumus incõcusse litteras per nos scriptas die decionono nouẽbris ãni.MD.cccc.lxx. Signatj Cichus.sindico nostro ibidẽ directas & puniri transgressores ꝑteritos & futuros ꝑm q ipse lre se extẽdũt. Datis Vigleuani die.xviij.martij.MD.cccc.lxxij. Signatis Jacob⁹.a tergo Egregio militi & doctori comissario & potestati nostro papie nec non Judici suo maleficiorz nostris dilectis.

¶ Littere ducales disponentes q venientes Papiam pro soluendo taxas equorz & carugium nullo modo possint personaliter detineri. Rica.

xiiij Dux Mediolani. Papie angleriezqz comes ac cremone domin⁹ Bilecte noster. Per che nui intẽdemo infra pochi di douere ,puedere ali nostri soldati & gente darme de qualche dinari ad cio se posseno sustẽtare & viuere. Per tanto volemo che con ogni diligentia & solicitudine attẽdi ad aretrahere tutti qlli se resteno ad hauere di questi tri mesi de lo anno p̃sente per li alogiamẽti di cauali & p lo caregio in modo & forma che oĩno tra qui a pasqua cene possiano adiutare & valere.& de qsti nõ manchi p cosa alchuna. Aduisandote che quãdo al dicto termino ne li potessemo hauere se dolorresse mo grandemẽte de ti.Et vltra di questo intẽdemo di certo habij perso la ,puisione de dui mesi senza alchuna remissione. Datis Mdli, die.13,martij.1458.

¶ Post

¶ Post datũ volemo che ciaschaduna psona che te porta dinari o per tara de cauali o per caregio posseno venire liberamẽte:& che per nesuna altra cagione scieno destenuti o molestati non obstante decreto o altro che vi fusse in cõtrario. Datj vt supra.Signatj Francisc⁹.a tergo nobili viro Bartolino de eugobio dilecto officiali nostro sup alogiamentis equorũ in territorio nostro papie & clastigij &c.

¶ Littere sup equis vẽdendis cã armorũ si repti fuerint hẽre viciũ ĩfra gn decim dies a die vẽditionis venditor teneat restituere ꝑcium. Rica.

xv Spectabilis Tãquã frater honorãde.in exequutõe de le littere de lo Illustrissimo signore nostro duca de Milano &c. Date ad milano ad octo del p̃sente signate Cichus dirrecte ad noi vltra altre littere del Illustrissimo signore de recoléda memoria genitore del p̃libato signore nostro. Date ad Millano ad dodeci de maze. MD.cccc.lxiiij. Signate Joãnes dirrecte ad mi Jacobino infrascripto de le quale se fa mentione in le p̃fate nouissime littere ducale:vi scriuemo & cometemo per lo presente nostre che da cio inanti debeate seruare & fare seruare lo ordine infrascripto per li chauali ronzini muli o mule da carigare generalmente per la gẽte darme del prelibato signore nostro tanto che se venderano ad la dicta gẽte darme.Qual ordine e questo che se inanti al cõtracto o vẽdita de dicti cauali o ronzini o muli o mule se trouasse hauesseno alchuno defecto de doglia vegia o noua in spala gãba pede o defecto de corpo testa o ogij in questo caso debiano fir restituiti al venditore & el precio al cõpratore:domente che tal defecto che se dira hauere sia denũciato per il compradore al venditore o veramente al vostro officio fra quindeci di currenti ,primi sequenti.Et sel venditore nõ ,puera che nel tempo che lui possideua quello cauallo o rõzino mulo o mulla fusse senza tal defecto de li sopra specificati:se debia intẽdere & p̃supponere quello defecto essere gia causato & generato in le sue mane come se cõtene in le p̃fate littere.Et cosi se debe obseruare per decreto in lo adunire:non obstãte alcuni altri decreti ordine siue statuti vegij in cõtrario. Datj Mediolani die.viij.Mdccccl.xxiiij.Signatj Jacobin⁹ de olzate & Joãnes ꝏbusti collaterales gnãles.a tergo Spectabili tãqz fri honorãdo. d.ptãti.pp̃.

¶ Decretũ q possessio defuncti cõtinuet in heredes.

xvj Dux Mediolani &c. Papie Angleriezqz comes ac Janue dns cupiẽtes fraudib⁹ & malitijs isolẽtiũ hoĩum ac isidiosis malitijs & inhumanis calũnijs resistere cũ effectu hoc p̃nti nr̃o decreto ĩperpetuum valituro edicimus decernimus & ꝓstituim⁹ q possessio seu quasi quorũcũqz bonorz mobiliũ & imobiliũ seqz mouẽtiũ & iuriũ p mortem possidẽtis vel quasi nõ vacet nec vacare dicat sed cõtinuet ĩmediate:& sic intelligat cõtinuata in eius hereditate & ĩmediate post hereditatis additionẽ vel ĩmiscionẽ in p̃sonã heredis:& cum ipsis hereditate seu herede & heredibus defuncti seu defunctoruz pro hereditarijs porcionibus quo ad omnem effectuz licet non appareat aliqualiter apprehensa:siue succedant ex testamento siue ab intestato de iure ciuili ac etiam de iure pretorio ac pretorio municipali cõsuetudinario: aut iure aliquo seu beneficio vel priuilegio cõmuni vel speciali quocũqz iure pro quacunqz hereditate iacente apprehendi possit.Et si contrariũ sit vel fuerit attẽ

B

ptatum id sit nullius roboris ⁊ momenti ipso iure. Qd quidē decretū nostrū ꝓcipuū sit: nec vllā recipiat distinctionē aut interꝑtationē sed ad lr̄am prout iacet obseruet̄ per quoscunqz subditos ⁊ officiales nr̄os ꝑsentes ⁊ futuros a die publicationis ipsi⁹. Mādantes oībus ⁊ singulis ⁊c. faciant inseri in volumine decretorū ⁊c. in quorū testimoniū ⁊c. Datj Papie die. xxvij. nouēbris. Mcccc. xxxij.

¶ Qd decretū disponēs super detentione psonaliter solum habeat locū inter subditos. Et ꝙ nemo possit detineri pro fictis seu pensione bonorū existētiū in ciuitate ⁊c.

xvij **Dominus** Mediolani ⁊c. Comes virtutū imperialis vicarius generalis. Quia forenses persone dominio nostro nō subdite forsitan ꝑtendere vellent ꝙ super nostro territorio pro aliquibus priuatis debitis que haberent cū subditj nostris psonaliter detineri nō possent: vigore nostri decreti cōtinentis ꝙ nullus possit pro priuatis debitis detineri certis casibus exceptis ⁊c. Declaramus volumus ⁊ tenore presentiū mādamus ꝙ predictū nr̄m decretum obseruet̄ ⁊ locum habeat inter subditos nostros dūtaxat: nec eius beneficio ac cōcessione gaudere debeāt forenses persone nostre non subdite dominatiōi. Hanc aūt intentionem nostram firmiter obseruetis faciendo ꝑsentes litteras diuulgari per totam iurisditionē vobis cōmissam ⁊ in aliorū decretorū volumine registrari. Datj Mediolani die vj. octobris. Mccc. lxxxvj. Signatj Jacob⁹. a tergo Nobili militi domio potestati nostro papie.

¶ Limitatio decreti editi cōtra fictabiles ⁊c. ꝙ possint detineri ⁊c. ꝙ nō se extendat cōtra fictabiles bonorum existentiū in ciuitate. Rica.

xviij **Dominus** Mediolani ⁊c. Comes virtutū impialis vicarius generalis ⁊c. Recolētes alias nr̄i parte emanasse decretū huiusmodi tenoris. Nos dñs Mediolani ⁊c. quia in his que subditi nr̄i ⁊ eorū coloni ptiarij massarij seu mezadani fictabiles socedani ēphiteote pēsionarij ⁊ molinarij hb̄nt simul facere. satis agit̄ de interesse dictorū subditorū nostrorū: nō circa vtilitatē ⁊ cōmoda ꝑdictorum subditorū nostrorū multipliciter mētem animūqz versantes ⁊ cupiētes sup eorū indēnitate quātū sit possibile nobis ꝓuidere. Tenore presentiū declaramus intētiōis nostre fore decretum nostrum editū bono motu āno dñi. M. ccc. lxxviiij. die. xxij. martij secūda inditōe in effectu disponēs ꝙ nemo possit ꝑ aliquibus priuatis debitj psonal̄r detineri: quo ad dictos colonos massarios partiarios seu mezadios fictabiles emphiteotas socedanos pēsionarios ⁊ molinarios de cetero locū non habere: īmo volumus ⁊ presentiū tenore decernimus ꝙ dicti coloni massarij partiarij siue mezadij fictabiles emphitheote socedani pēsionarij ⁊ molinarij per illos quorū apparent veri debitores possint cōueniri preuia iusticia: ⁊ ꝑ eorū debitis personaliter detineri nō obstāte predicto decreto nostro cui in hac parte ex certa scientia derogamus. Volentes hanc nostrā declarationē inseri in volumine decretorum aliorū nostrorū ⁊ statutorum ciuitatū ⁊ terrarū nostrarū ⁊ de cetero inuiolabiliter obseruari debere. In quorū testimoniū pñtes fieri iussim⁹ ⁊ registrari nostriqz sigilli ⁊c. Datj Papie die xxv. maij. M. ccc. xcij. decima quinta indicīōe. De quo quidē multiplices q̄rellas

rellas habuimus a quāpluribus hominibus ciuitatum ⁊ terrarum nostrarū merum ⁊ mixtum imperiū habentium: qui vigore ipsius decreti psonaliter detinētur. Volumus edicimus ⁊ mandamus ꝙ decretū nostrum locum nō habeat quo ad capitulū de detentiōe psonaliter dūtaxat in aliquibus fictabilibus inquilinis emphiteotis siue alijs quouismodo pensionarijs aliquarum rerum existentiū in aliqua ex ciuitatibus fortilitijs locis siue terris nostris merum ⁊ mixtū imperiū habētibus: nec ēt in aliquibus vendentib⁹ siue alio quouismodo alienātibus rem seu res aliquas rusticas vel vrbanas cū promissione vendendi siue cōcessiōe incōtinēti siue ex interuallo appositis possendi redimere seu recuperare rē seu res predictas a ꝑdictis emphiteotis siue acqsitoribus recipiētib⁹ ad fictū tpe vel īperpetuū: nec etiā ī aliquib⁹ correis vel fideiussoribus taliū personarū: ⁊ hoc locum habere volumus taz in preteritis pendētibus q̄z futuris. In ceteris vero dictū decretū sicut iacet volumus obseruari. Datj Papie die. xv. ianuarij. M. ccc. xciiij. secūda indicīōe.

¶ Qd colonus fictualis partiarius molinarius vel massarius nō possint derelinquere ēt termino elapso res ab eis cōductas nisi prius satisfactū sit ipsi domino cuius sunt res cōducte quas vult deserere de omni eo qd habere pretendit a predictis occasione rerum cōductarum vt supra singula singulis referendo. Rica.

xviiij **Dominus** Mediolani ⁊c. comes virtutū imperialis ⁊c. Copiaz certi nostri decreti qd nuper fecimus cōdi ad obuiandum fraudibus massariorum vna cum exemplo statuti communis mediolani editi: alias superinde mittimus vobis introclusam volentes ⁊ vobis mandātes quatenus statim ipsum nostrum decretuz cum edito statuto mutatis tamē mutandis pro lege municipali obseruetis ⁊ faciatis inuiolabiliter obseruari ac describi in volumine statutorū ciuitatis nostre papie faciendo predicta in locis publicis ⁊ cōsuetis vestre iurisditionis preconia voce generali diuulgari sic ꝙ ad oīuz noticiā valeat peruenire. Datj Mediolani die. xiiij. septēbris. Mccc. lxxxvj. Signatj Gasparinus. a tergo Egregio militi domio potestati nostro papie.

Tenor decreti.

¶ Nos dñs Mediolani ⁊c. Comes virtutū imperialis vicarius generalis ad obuiādū fraudibus eorum qui possessiōes ⁊ bona īmobilia que ad fictuz vel alio mō cōduxerūt ⁊c. ⁊ similis tenor habetur etiam supra in decreto sub numero sexto.

¶ Declaratio facta decreto de animo occidendi.

xx **Egregie** Et sapiēs tāquaz frater charissime intellexim⁹ ꝓcedi p dñm ptātem vestrum cōtra Stephanū de ferrarijs de lagarola ad penā mortis pro eo qr vulnerauit aīo deliberato occidēdi vt dicit̄ quendā presbyterum: ⁊ hoc pro exequutione decreti nouiter editi ⁊c. Et licz non dubitamus prudētiā vestram recte intelligere debere capitulū illius decreti quo ad presentez materiā ptinet: tñ ad mentis vestre intellectū dicimus ꝙ capitulum illud intelligitur de eo q animo deliberato aliquem occidendi cum tello ambulauerit prout dicit lex. Is qui cum tello: non autē de eo qui rixa constitutus aliquem vulnerat etiam si animo occidendi vulneraret ita ꝙ

HAYKOVA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. POLONNIKOVA

dicta lex Is qui cũ tello que cõmuniter per statuta terrarum correcta erat re stituta est. Potestis mõ vos qui in facto estis aduertere quotiã in casu pre dictorum vulnus illatum in personam predicti presbyteri locum sibi vendi cetne decretum ⁊ eius voluntas violetur. Dictum igitur Stephanum priua ta affectione quantum licet nobis comẽdamus. Datj Mediolani die.xj. septembris. MCCCC.xlv. Signatj Joãnes ferufinus ⁊ Bartholameus ꝺ ba raterijs iuris vtriusq; doctores ac consiliarij ducales ⁊c.a tergo Egregio ⁊ sapienti iuris vtriusq; doctori domio Augustino ꝺ castronouo vicario Spe ctabilis domini potestatis papie.

¶ Littere cũ iserto decreto super restitutiõe bonoꝝ parafrenaliũ mulierum restituendorum. Rica.

xxj **Dux** Mediolani ⁊c. Papie Angleriecq; comes ac Janue dominus. Quoddam editum decretum super mulieribus maritatis seu ma ritandis sine liberis existentibus ante completum decimum annum a die qua ad copulam iuerit matrimonialem: q̃ vllo modo nequeant per testamentum codicillos donationes causa mortis legatum neq; alio quouismodo de bonis earum parafrenalibus donatis seu schelpa aliqualiter disponere tibi mitti mus presentibus introclusuz. Volentes q̃ illud tam in ciuitate nostra papie q̃z in quibuscunq; terris episcopatus eiusdem merum ⁊ mixtuz imperium ha bentibus alijsq; consuetis locis iurisditionis per nos tibi cõmisse statim pu blicari ⁊ in volumine aliorum decretorum nostrorum predictoruz ciuitatis ⁊ terrarum inseri faciatis pariter ⁊ seruari: de harũ receptione nobis illico re scribẽdo. Datj Mediolani die.xxiij.maij. MCCCC.xviiij. Signatj Theo dorus.a tergo Egregio viro potestati nostro papie.

Tenor decreti.

¶ Dux mediolani ⁊c.papie angleriecq; comes ⁊c. Nobis precipue incum bit cure tam videlicet salubriter prouidere q̃ fraudibus ⁊ deceptionibus que quotidie inter nostros subditos per dirrectum ⁊ indirrectum continue cõmittuntur nostris prohibitionibus ⁊ sanctionibus obuietur. Cum itaq; nonnullorum subditorum nostrorum crebris querimonijs perceperimus: q̃ licet ipsi subditi nostri magnis vero laboribus ⁊ expensis earum filias soro res attinentes vel alias quaslibet matrimonio copulent: eisq; vltra dotem cõ uentam tradunt seu donant cum satis magna impensa bona parafrenalia mobilia: schelpam vulgariter nuncupatam: ⁊ de iure ⁊ ex antiquissima ⁊ ap probata consuetudine dicta bona parafrenalia seu schelpa que communiter infra plures non consumuntur annos deuoluantur defficientibus liberis ad dotantes ⁊ succedentes ipsi mulieri ab intestato. Attamen ne iuri fiat fraus ⁊ predicta consuetudo laudabilis deludatur percepimus plurimoruz relatu q̃ ⁊ mariti seu opera eorum vxores suas persepe inducunt ⁊ cogunt interdum ad testandum: ⁊ de ipsis bonis parafrenalibus donatis ad libi tuz ipsorum maritorum diuersimode disponere: in ipsorum patris ⁊ succede re debentium ab intestato non modicum detrimentum. consideratione igitur premissorum: ⁊ attento q̃ tales mulierum dispositõnes potius maritorum q̃z mulierum dici possent: cognoscentes nec pati intendentes tam apertas frau des iuris ⁊ dicte consuetudinis presenti nostro edicto perpetuo valituro edi cimus decernimus ⁊ mandamus. Quod queuis mulieres ciuitatum terra rum territorij ⁊ districtuum nostrorum maritate siue maritande sine liberis existẽtibus

existentibus ante completum decimum annum a die qua iuerint ad copulam matrimonialẽ vllo nequeant per testamentũ codicillos donatiões causa mor tis legatum nec alio quouismodo de bonis earũ parafrenalibus donatis seu schelpa aliqualiter disponere neq; alicui ea relinquere. Quinimmo ipsa ta lia bona parafrenalia donata seu schelpa venientibus ab intestato supstiti bꝰ vsq; ad quartũ gradũ gradu ꝯz iura ciuilia cõputato reuertanť ⁊ pueniãt ad ipos donãtes ⁊ succedẽtes ab intestato ipsis talibus mulieribus decedẽ tibus sine liberis ante dictũ decimuz ãnum oĩbus machinatiõe fraude dollo testamẽtis codicillis ⁊ legatis seu alijs quibuscũq; dispositiõibus cõtra for mam huius nostri decreti faciẽtibus ,primis cessantibus edicẽtes ⁊ mãdan tes ex nũc ipsa testamenta ⁊ quaslibet alias dispositiones cõtra hoc nostrum decretum fiendas nullas ⁊ nulla esse ac nullius valoris penitus ⁊ momenti. De prefatis auté rebus seu schelpa ad pias causas disponere dictas mulie res pmittimus quouismodo atq; in ipsos donãtes ⁊ ab intestato venientes supradictis nequaquã obstãtibus. Datj Mediolani die.xx.maij. MCCCC. xviiij. inditione duodecima.

¶ Quod dedicati post debita contracta non possint declinare iurisditio nem. Rica.

xxj **Nos** Bñs Mediolani ⁊c. Obuiare nõnulloꝝ fraudibus cupientes q̃ in suorũ ꝓiudiciũ magistratuũ decretorũ ⁊ iusdicẽtiũ nostrorũ foꝝ declinare conanť. Pñtium tenore edicimus decernimus ⁊ mãdamus q̃ nul lus cuiuscũq; cõditionis gradus ordinis status aut prehemínentie existat de bitor alicuiꝰ ciuis aut subditi nostri quoquomõ tenens ⁊ possidens de bonis cuiuscunq; ciuis aut subditi nr̃i predicti possit occasione alicuius ordinis di gnitatis aut status vel priuilegij de nouo acquisiti vel acquirendi postquam debitores fuerint aut bona tenere vel possidere ceperint vt pfertur dictoruz magistratuũ siue iusdicentiũ forum ⁊ iurisditionẽ quacũq; causa vel ingenio declinare ⁊ a b eis se eximere: sed ita coram magistratibꝰ ⁊ iusdicẽtibꝰ pdictis rñdere teneanť ⁊ eisdẽ subijcianť in oĩbꝰ ⁊ p oĩa quo ad debita cõtracta quẽ admodũ ante acqsitionẽ dicti ordinis dignitatis status aut priuilegij teneba tur respondere ⁊ subiectus erat: quibuscũq; lege statuto aut decretis nostris in cõtrariũ facientibus nõ obstantibus. In quo rũ ⁊c. Datj Mediolani die xv.nouembris. MCCC.lxxxvj.

¶ Qõ blada de loco ad locũ circunquaq; p̃ diocesiz cõduci possint mõ non accedať ad fines dominij per miliaria quattuor.

xxij **Item** Decernimus q̃ post hac qlibet p̃ diocesim suã cõducere possit blada siue sup possessiõibus suis nata siue non circũquaq; ⁊ ad quecũq; ipsiꝰ diocesis seu locũ dũmõ nõ accedat ad fines alterius dictõis q̃z nr̃e per quattuor passuum milia: ⁊ ab officialibus requirať licẽtia: que gratj fiat: ⁊ si nõ facta fuerit ꝓ cõcessa habeať. Quo vero ad descriptiones ⁊ ca pitaneos deuetus. Edicimus ⁊ sancimus vt post hac nulla bladorũ per offi ciales nostros siue ab eis mittendos descriptio fieri possit nisi eius loci ĩ quo fiet officialis vel cõsul vel p̃sbyter adsit. Isq; officialis vel consul vel presby ter nihil propterea accipere possint: ⁊ qui ad descriptionem mittetur nõ pos sit ducere secum nisi equos duos: ⁊ pro cõtrascriptore si contrascriptor duce

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tur nihilqz petere ⁊ exigere possit preter sumptus hospicij ⁊ victus ab eis psoluēdis q psoluere teneāt iusta cōsuetū. ¶ Capitanei aūt nō possint quēqz ingrere nec pcepta ei mittere nisi in fragrāti crimīe repiant. vez si ꝯ aliquem indicia hēret ⁊ ad deputatos sup bladis mittant nec pri⁹ pcedere icipiāt qz rīsum accepint qd agēdū sibi sit pcessusqz aliter factus nō valeat nec teneat Decernētes itē q si predicti capitanei vel officialis quisqz ꝯ ordines tā in p̄senti capitulo ꝓtētos qz alios sup reb⁹ huiusmōi bladoꝝ disponētes exegerit cadāt ī penā quadrupli ei⁹ q exactum fuerit camere nostre ꝑ duab⁹ ptibus ⁊ accusatori ꝑtertia ipo iure ⁊ facto applicādi: ⁊ preterea officio priuetur ⁊ priuati esse intelligantur.

¶ Decretum q nemo possit extrahi extra forum suuz: ⁊ de iudicibus appellationū comittēdarum in collegio dñorum iudicuz papie ⁊c.

xxij **Bona** Et Joānes galeaz maria Sforzia vicecomites duces Mediolani ⁊c. Papie Angleriezqz comites ac Janue ⁊ Cremone domini. Nuper misserunt ad nos presidentes ciuitatis nostre papie suos oratores egregios ⁊ sapientes doctores dominum Franciscum de curte ⁊ dominum Joannem augustinum isimbardum cum requisitionibus huiusmodi inter reliqua videlz. Mcccclxxx. die prio maij instructio spectabilium oratoruz Magnifice cōitatis iturorum mediolanū ad illustrissimos dominos dominos duces ⁊ nobis obseruandissimos. ¶ Prio considerata querimonia plurimorum ciuium tam ad instantiam aliorum ciuium qz forensium tractorum extra eorum iurisditionem ⁊ forum ad litigandum mediantibus litteris ducalibus secreti senatus iusticie ⁊ magistratuum contra dispositionem iuris decretorū ducalium statutorum ⁊ ordinum ciuitatis papie ⁊ ad maximum damnum dispendium ⁊ expensarum ciuium cum actor sequi debeat forum rei: ⁊ nemo inuitus extra iurisditionem propriam trahi debeat. Supplicatur excellentis Illustrissimorum principum nostrorum vt dignetur reuocare quascunqz cōmissiones iam factas cum processibus ⁊ sententijs inde sequutis. Et q de cetero ciues ⁊ comitatiui papienses nullatenus trahātur ⁊ trahi possint extra iurisditionem ⁊ forum suuz sed a potestate papie vicario iudice ⁊ ceteris magistratibus ordinarijs papie ius ministrari debeat ita q littere que in contrarium impetrari contingāt obreptitie ⁊ subreptitie censeantur ⁊ nullius valoris ⁊ momenti. ⁊ hoc ex certa scientia ⁊ proprio motu de potestatis plenitudine non obstantibus aliquibus in contrarium quouismodo facientibus in amplissima forma confidentes de integritate ⁊ prudentia oratorum suorum.

¶ Secundo quia conuenit iuri ⁊ honestati q omnia ⁊ singula loca comitatus papie tam infeudata qz non infeudata: separata qz non separata potius recognoscere debeant nutricem suam antiquam ciuitatem ipsam papie qz alia loca decreuit ciuitas ipetrare ⁊ supplicare Excellētijs suis vt dignet patentibus litteris concedere q omnes ⁊ singule cause appellationum: ⁊ vbi dari consilia sapientum in quibuscūqz causis contigerit in quouisloco ⁊ terra dicti comitatus: tam locorum quorumuis separatorum a corpore ciuitatis qz infeudatorum ⁊ aliorum omnium ⁊ singulorum de cetero committantur ⁊ cōmitti debeant papie in collegio dñorū iudicū dicte ciuitatis ⁊ nō ī alia ciuitate vel loco vel alijs psonis qz dominis doctorib⁹ de dicto collegio. Et si contigerit aliter fieri ⁊ cōmitti consilia ⁊ causas appellationū: cōmissiones

nes processus ⁊ sententie nullius valoris roboris ⁊ momenti existant ipso iure ⁊ facto: cum clausulis opportunis ex certa scientia motu ꝓprio ⁊ ō plenitudine potestatis: ⁊ cum clausulis non obstantibus: ⁊ cuz derogatione omniuz scōm exigentiam ⁊ discretionē oratoruz. Et q presens ordo publicetur in quibuscunqz locis dicti comitatus.

¶ Tertio qz cōmunitas papie nihil habet redditus in cōmuni preterqz assignationem librarum ducentarum singulo mense expendendarū in laborerijs necessarijs prout latius in assignatione ⁊ concessionibus Illustrissimoꝝ principum apparet super intratis ordinarijs. quia dictos totiens oratores mittere ⁊ maior est expensa ambasiatoruz qz assignationes supplicare q dicte pecunie mensuatim accipi possint super datio molezij seu alio ordinario dicte ciuitatis. Et supinde impetrare litteras opportunas. aliter cōitas ipsa remanebit oppressa ⁊ destructa ⁊ camera damnum patietur.

¶ Quarto quia plures sunt ciues papie habentes bona in loco sartirane ⁊ alijs terris comitatus qui scōm ordines decreta ducalia ⁊ statuta papie quādo habitant in ciuitate papie continue vel pro maiori parte anni cum eorum familijs non debent contribuere nec aliqualiter grauari cum dictis locis comitatus pro bonis que ibi habent ⁊ possident. Supplicare q scribat ⁊ obtineantur littere patentes per quas significetur omnibus officialibus ⁊ maxime deputatis ad reformationem estimorum ne permittāt contra ordinez predictorum ordinamentoꝝ ciues papien. ⁊ papie habitantes vt supra grauari ⁊ seu in aliquo grauari: supplendo in his ⁊ alijs opportunis prout sapientie eorum videbitur expedire. ¶ Igitur cū ipsos oratores in vtroqz senatu nostro audiri ⁊ diligēter examinari iusserimus: ipsius ciuitatis beneficio ⁊ comodo consulere cupientes cum eaz iure carissime habeamus ob eius singularem in nos fidem ⁊ deuotionem.

¶ Tenore presentium quo ad primum capituluz de interdicendis cōmissionibus spectat Volumus declaramus ⁊ concedimus q de cetero ⁊ in futurū ciues ⁊ comitatiui papienses nō trahantur extra iurisditionem ⁊ forum dicte ciuitatis: sed onus ius ministrandi potestati papie ac iudicibus ordinarijs relinquimus. Et si contingat in futuruz aliquas litteras in cōtrarium emanari in trahendo eosdem ad alienū forum volumus censeri illas obreptitie ⁊ subreptitie impetratas potius ad importunitatez petentiū ⁊ sic illas nullius fore valoris edicimus. Decernētes predicta motu proprio ⁊ de nostre potestatis plenitudine aliquibus in contrarium non attentis.

¶ Ad secundum capituluz de obseruātia ordinum ⁊ decretoꝝ circa causas appellationū ⁊ consilia sapientuz Concedimus ⁊ volumus q omnes cōmissiones in toto comitatu papie omnium terrarum ⁊ locorum tam mediate qz imediate nobis suppositorum fiant doctoribus collegij iudicum papie ⁊ non alijs: vbi via contentiose cōmissionis agatur. his modo ⁊ forma quibus per Illustrissimum quondam socerum ⁊ auum nostrum litteris datis Mediolani die. xv. decembris. Signatis Vincentius declaratis. Via autem voluntarie iurisditionis possint compromissa fieri vbi ⁊ quibus partes voluerint ac cōcordes fuerint. Decernentes q si ꝓtingat alijs vel alibi ipsas cōmissiones fieri aliter qz prediximus ex nunc ipsas commissiones processus ⁊ sententias superinde fiendas nullius fore momenti ⁊ pro cassis ⁊ nullis haberi. Et predicta decernimus ex certa scientia motu ꝓprio ⁊ de nostre potestatis plenitudine aliquibus in contrarium facientibus non attentis.

¶ Ad tertium de libris ducentis mensuatim assignandis prouidebimus

ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

opportune q̃ huiusmodi assignatio fiat.

¶ Ad vltmũ qd̃ ad estimor reformationem pertinet volumus ⁊ mãdamus q̃ ordines statuta ⁊ decreta seruenť super bonis ciuiuz extrahendor ab estimo dictar terrar. Et ita mandamus quibuscũqz officialib⁹ ⁊ reformatorib⁹ estimor q̃ obseruent ⁊ faciãt inuiolabiliter obseruari. In quor testimonium p̃ntes fieri iussim⁹ ⁊ registrari nostriqz sigili ꝓpressione muniri. Datj Mdi die.xxix.iunij. M.cccc.lxxx. Signatis.B.calchus ⁊ sigilatis sigilo magno ducali in cera alba ⁊ registratis in foliis.cxiij.a tergo.

¶ Littere cum inserto decreto super prorogationibus. Rica.

xxiij Dux Mediolani ⁊c. Dilecte noster senatusconsultũ a senatu nostro secreto ad circũcidendos longiores litiũ terminos ⁊ ꝓcrastinatões conditũ est a nobis diligẽter ꝓsideratũ atqz in vim ⁊ formã decreti cõuersum his inclusuz ad vos mittimus volẽtes ac vobis mandantes vt istud publicis solitisqz in locis ꝓmulgari q̃ ad omniũ notitiã pueniat ac in alia decreta nr̃a referri curetis. Datj vigleuani die.xj.martij. M.cccc.xciij. Postscripta tam de receptiõe p̃sentis decreti q̃z eius publicatõe nos lr̃is vestris q̃z primũ certiores facietis. Datj vt.s̃. Signatj Philippus comitis a tergo. Spectabili equiti consiliario ⁊ cõmissario ac nobili nobis dilectj.d.cõmissario ⁊ potestati papie nostris dilectis.

Tenor decreti.

¶ Joannes Galeaz maria sforzia vicecomes Dux Mdi ⁊c. Papie angleriqz comes ac ianue dñs ⁊ cremone. Fecit nuper senatus noster senatusconsultuz in sentẽtiã subsequẽte vz cũ Illustrissimus dñs Ludouicus maria sforzia pater ⁊ patruus noster honorãdissimus ad senatũ scripsisset se admonitũ fuisse de nimia ⁊ indebita ꝓcrastinatõe ac dillatione causar que dicebanť de industria a doctorib⁹ collegior ducalis dictionis ꝓtrahi in maximũ detrimẽtum ⁊ iacturã litigantiũ. iussissetqz ꝓpterea p senatũ decerni aliqd ad tollendas eiusmodi ꝓcrastinatões. Senatus secretus vocatj abbatib⁹ ⁊ aliquib⁹ ex primiorib⁹ collegij mediolani adhibitoqz senatu iustitie re sepius ꝓsultata ⁊ diligẽter examinata censuit nullũ aliud remediũ salubrius excogitari posse q̃z recidere ꝓrogationũ facilitatẽ a quib⁹ dillationũ fundamẽta iaciunť. Et ꝓpterea deuenit in hanc sn̄iam vt in ꝓrogatõibus ꝓcedendis semp mature ⁊ consulte ꝓcedať: nec deueniať ad ꝓcessionẽ alicuius ꝓrogationis: preterq̃z in causis cõpromissi volũtarie facti: vbi nõ sit deuentuz ad electionẽ tertij ex necessitate nisi prius detur iuramẽtuz taz cõmissario cause q̃z litigãtib⁹ a quibus postulabiť an p calumniã ⁊ vt res ꝓtrahať vel ex necessitate ꝓrogari cãz postulent: ⁊ q̃ ea necessaria sit ꝓ cognitione ⁊ decisione cause. Et iurãte cõmissario simulqz altera partiũ de necessitate vt.s̃. eo casu possint ꝓcedi due ꝓrogationes. Et hoc iuramentũ p̃stari debeat vel in manu notarij ad id rogati vel in manu alicui⁹ ex canzelarijs illius senat⁹ vbi ꝓrogatio ipsa peteť: sufficietqz si iuramẽtũ p̃dictuz infra duos dies ĩmediate sequẽtes postq̃z ꝓrogatio ipsa fuerit petita prestitũ fuerit. Et possit ꝓcurator cãe tale iuramẽtuz p̃stare loco principalis sui: ⁊ soluz due in vna cã ꝓcedi possint interueniente tũ semp eiusmodi iuramẽto: ⁊ nulla earuz ꝓrogationũ excedere possit mẽsez vnũ ꝓtinuũ. Et si vltra sc̃dazꝓrogatõez alie ẽt postulabunť nõ ꝓcedanť nisi vltra eiusmõi iuramẽtũ re p̃ncipi significata ⁊ approbata ab eo rescriptũ fuerit vt ꝓcedať: cuius mens est ne be q̃ tertio loco ꝓcedẽde dilatões videbunť mẽsez vnũ ꝓtinuum

nuum vt alie superius dicte excedant. Hoc tamẽ declarato q̃ predicte prorogationes concedende initium sumant in causis ordinarijs prius completis terminis a decreto in causarum instantijs limitatis: ⁊ in causis sũmarijs: vel cridarum ⁊ alijs quibuscũqz causis extraordinarijs finitis dilatiõibus a lege vel a iudice datj ⁊ ꝓcessis. Verũ si vtraqz pars ꝓuenerit de ꝓrogatiõe q̃lis cũqz postulabiť ⁊ sponte ac libere assentianť ⁊ petãt ac subscribãt ipsi principales mõ nõ sint absentes aut valitudinarij aut mulieres vl̃ pupilli aut ex aliquo genere eor qui ipsi petere aut subscribere nõ possunt. Ut cautius oi dilationis generi occurrať: ⁊ in casu q̃ in aliquo generõ predictor p̃ncipales sint ꝓ eis liceat ꝓcuratoribus petere ac subscribere: tunc pro earum arbitrio censuit senatus ipsam esse concedendam quandoquidẽ ex libera voluntate partium in ꝓtractũ transire dici potest. Hoc idem etiam obseruеť in causis pendentibus que longo tempore durauerint: ⁊ vltra concessas prorogationes in illa causa due etiam dumtaxat ex ordine concedi possint modo quo supra. Et si alie prorogationes vlterius postularentur non concedantur nisi seruato ordine quo supra firmis tamen ⁊ in suo robore manentibus alijs prorogationibus antea concessis.

¶ Item ordinatum est q̃ si actenus alique prorogationes vel suspensiones concesse fuissent absqz temporis prefinitione q̃ ad querelaz illius partis que tali prorogationi non consensit prefigatur terminus illi prorogationi vel suspensioni qui tamen mensem continuũ non excedat nec vltra vt ipsi liti celeriter finis imponi possit. Hoc tamen addito q̃ amodo tales prorogatiões vel suspensiones sine temporis prefinitione non concedantur nisi procedãt ex libera ⁊ spontanea partium ambarũ voluntate petite a principalib⁹ vt supra.

¶ Insuper cũ vltra prorogationes contingat etiam peti suspensiones. Ordinatum est vt nulla suspensio que a parte postularetur concedatur que excedat quatriduum continuum in ciuitate mediolani vel in ducatu: ⁊ extra ducatum a quatriduo vsqz ad dies duodecim continuos iuxta qualitatem locoruz ⁊ temporum nisi prestito iuramento ⁊ habita cognitione de necessitate suspẽsionis his modo ⁊ forma quibus supra sancitum est fieri debere de prorogationibus concedendis. Et quando in omnibus que aguntur extra iurisditionem vrbis Mediolani non possent nisi cum maxima incõmoditate cõmissarij causarum nec partes accedere ad senatum pro iureiurando ⁊ suprascriptis exequutioni mandandis. Ordinatum est vt pro ꝓrogationibus ⁊ suspensionibus concedendis in causis que aguntur extra iurisditionez ciuitatis Mdi. Et hoc senatusconsultum mittatur ad omnes cõmissarios ac pretores ciuitatum ducalium q̃ per eos publicеť in ciuitatibus ⁊ opidis terrisqz maioribus sibi cõmissis: ⁊ perpetuo circa iusiurandum ⁊ cognitionem habendaz de necessitate eiusmodi prorogationis que postulabitur per ipsos cõmissarios vel pretores exequutioni mandetur in omnibus prout supra disponiť. Postmoduz delato iuramento per ipsos partibus vt.s̃. cõmissarij ac pretores per eorum litteras senatum statim moneant ⁊ de iuramenti dellatione ⁊ de ꝓrogationuz necessitate vt postmodum per senatum ipsum prorogationes ipse confirmari possint. Quare omnibus tum a nobis tum ab Illustrissimo domino Ludouico Barri duce patruo nostro honorando examinatj cum ⁊ prudenter ꝓsiderata ⁊ diligenter preuisa instituta iudicemus. Tenore presentiũ ipm senatusсõsultuz approbãtes ⁊ sũmoopere laudãtes illud vim perpetui ⁊ robur inuiolabilis decreti habere volum⁹ ⁊ iubemus rursusqz oia in eo cõtenta seruari decernimus ⁊ sancimus. Mandãtes senatorib⁹ vtriusqz senatj nostri

HAYKOВ ПЕТЕР ПАВЛОВИЧ
Собственность имени Н.П. ОХЛОПКОВА

reliquisq; magistratibus ⁊ iusdicentibus nostris omnibus presentibus ⁊ futuris ceterisq; ad quos qũlibet spectat ⁊ spectabit vt predicta omnia diligenter custodiant ⁊ obseruent obseruariq; inuiolabiliter faciant pro eo quãti gratiam nostram caripendunt. in quorum testimonium presentes fieri ⁊ registrari iussimus nostriq; sigili impressione roborari. Datj Vigleuani die duodecimo martij. M.cccc.xciij. Publicatj ad sedes palacij cõmunis papie die.xx.martij.

¶ Practica dñorum Judicum collegij Papie sup executione preuentione ⁊ simulatione instrumentorꝫ. Rbica.

xxiiij **In nomine domini ⁊c.** Quoniam frequenter in dubium reuocatur in exequutionibus que per creditores postulantur coram iudicibus secularibus virtute instrumentorum habentium paratam exequutionem ꝑm formam statutorum cõmunis papie: puta qr debita condemnata ex dispositione statutorum antedictorum: an opposita pro parte debitoris exceptione simulationis contractus: vel ꝙ contractus ipse fuerit celebratus in fraudem vsurarũ ⁊ pignorationis q̃z eius tenor in alia figura ponat: paratũq; se offerat debitor probatum ꝯ infra terminum eidem statuendum de predictis simulatione ⁊ fraude: admitti debeant per iudicem secularem probationes tam per testes q̃z aliter: ⁊ consequenter retardari debeat exequutio petita non obstante statuto in volumine statutorum ciuilium posito sub rubrica ꝙ solutio vel extenuatio contra instrumentum non possit probari ⁊c. Contingit quoq; ꝙ causa ⁊ occasione talium instrumentorꝫ ⁊ exequutionis que exinde petitur habetur plerunq; ⁊ sepius recursus ad iudicem ecclesiasticũ: qui iudex ecclesiasticus aliquando preter/misso decreti ordine emanati alias ad obuiandũ ne laici sub ecclesiasticis magistratibus frustentur laboribus ⁊ expensis per suas litteras inhibet ne iudices seculares debitas faciãt exequutiones ⁊c. Vt omnis in premissis de cetero cesset ⁊ tollatur dubietas fiatq; ⁊ tradatur certa forma ⁊ practica in collegio dominorꝫ Judicum ciuitatis papie seruanda: suprascripti omnes iudices inuicem ⁊ simul ꝯgregati in camera collegij dictorum dominorꝫ Judicum ordinauerunt ⁊ prouiderunt de cetero seruandum esse ⁊ seruari debere ac haberi pro forma ⁊ stabili practica in quibuscũq; causis litibus ⁊ questionibus vbi predicta dubia oriri contingat in ciuitate papie eiusq; comitatu vt infra per omnia inferius per seriem continetur.

¶ Et primo ꝙ quandocunq; debitor pretendens contractum vel instrumentum esse fictitium simulatũ ⁊ in fraudem vsurarum cõfectum peuenit exequutionem ipsius talis instrumenti vel contractus porrigendo libellum coram iudice ecclesiastico super huiusmodi simulatõe ⁊ fraude: ꝙ eo casu per iudicem ecclesiasticum possint ⁊ valeant transmitti quecũq; littere inhibitorie oppor tune ad impediendum ne lite pendente per iudicẽ secularem fiat exequutio vel nouitas alia tendens ad exequutionem predicti talis ꝯractus vel instrumẽti: ⁊ iudex eo casu parere teneatur iudici ecclesiastico.

¶ Item prouiderunt ⁊ ordinauerunt vt supra ꝙ vbi debitor siue agendo siue excipiendo arguat vel pretendat ꝯractum vel instrumentũ fore fictitiũ vel simulatum vel in fraudem vsurarũ confectũ: ⁊ ꝓbauerit illum qui contraxerit fuisse tempore dicti contractus vel ante vsurarium manifestum ꝑm formam decreti suprascripti coram iudice seculari ꝙ tunc fiat ⁊ fieri debeat remissio ad iudicem

ad iudicem ecclesiasticum si petatur. Et eo casu seruetur ipsum decretum super hoc disponens: ⁊ ꝙ admittatur probatio simulationis per testes: ⁊ debitore probante simulationem impediatur exequutio: eodem modo admittatur debitor ad probandum simulationem contractus vel instrumẽti per testes vel aliter legitime coram iudice seculari etiã si non ꝓbauerit tunc creditorẽ esse vel fuisse vsurariũ ꝑm formam dicti decreti: ⁊ iteriꝫ suspendat executio: ⁊ dicta simulatione ꝓbata impediatur vt premittitur.

¶ Item ꝙ vbi debitor ꝑtendat fuisse creditori solutũ vel satisfactum sed hoc ꝓbare nõ põt nisi per testes que ꝓbatio nõ admittit ad impediẽdum exequutionem petitã per creditorẽ: hoc iubẽte dicto statuto. ꝙ solutio vel extenuatio non probet per testes ⁊c. Si dictus debitor preueniat dictã exequutionẽ per viam libelli coram iudice seculari asserendo solutionẽ esse factã: vel aliter pretensum instrm fore penes creditorẽ sine cã: ꝙ eo modo agendo possit fieri ꝓbatio per testes. Et ne in ꝓtellando exequutionẽ fraus esse possit ⁊ cõmittat per debitorẽ: ꝙ dicta lite pẽdente nihilominus possit creditor petere exequutionem suam quã faciat ⁊ facere debeat iudex suprascriptus nisi debitor intẽtionem suam ꝓbauerit infra tempus ⁊ spacium decem dierum vtilium.

¶ Item si petatur exequutio alicuius inuestiture que alleget per debitorem fictitia vel simulata ⁊ in fraudem vsurarum confecta: ⁊ quã inuestiturã precesserit venditio facta per debitorẽ: ⁊ sit licẽtia de retrouẽdendo ⁊ excessus notabilis in prestatione ficti: qõ fictum excedat ad cõputum florenorꝫ septem ꝑ centenario siue fictum sit siue in pecunia numerata siue in alia re vel specie: cuius estimatio cõis excedat dictam q̃ztitatem septẽ ꝑ centenario: ꝙ tunc allegãs dictam simulationẽ audiatur ⁊ iudex ecclesiasticus etiam non facta ꝓbatione coram iudice seculari ꝙ inuestitus fuerit ⁊ sit vsurarius possit ⁊ valeat inhibere predictam exequutionẽ: ⁊ in dicto casu iudex secularis teneatur parere litteris inhibitorijs predicti iudicis ecclesiastici etiam si decretum predictum hanc causam non comprehenderet: sed quo ad transmissionẽ predictam fiendam sufficiat apparere licentiam suprascriptã: ⁊ predictum excessum in prestatione ficti vt premittitur.

¶ Prouisio prefatorum dominorꝫ Judicum papie facta super responsionibus fiendis positionibus vna cum litteris ducalibus confirmantibus ipsam prouisionem. Rbica.

xxv **Verum** Quia materia positionum a iure longissima consuetudine inducta probabilitatis est: vt partes litigantes releuentur ab onere probandi qõ sine graui litigantiũ fieri potest expensa. Et sepe ⁊ sepius ideo quasi continue pars volens malignare in respondendo ipsis positionibus ducta seu ficta quadam praui consuetudine ⁊ abusu: non pure neq; simpliciter respondet ꝑm ꝙ per iuris cõmunis ⁊ statutorꝫ ciuitatis papie dispositionem requiritur sed cum quadam semper qualitate conditione vel plica: ita ꝙ lege cõi ⁊ municipali fraude adiuncta pars ponens sese nullatenꝰ releuare potest ex dicta respõsione. Ideo ordinauerũt vt habens respõdere ipsis positionibus teneatur ⁊ debeat respõdere pure simpliciter sine aliqua additione conditione qualitate vel plica aut alternatione: sed respondeat ⁊ respõdere teneatur ꝑm formam iuris ⁊ statutorum in materia loquentium ciuitatis papie. Aliter autem positiones habeãtur ꝓ confessis modo ⁊ forma quibus posite sunt. Que ordinatio intelligat ad oẽs extendi positiones: quibus etiam

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНЛАЙН
Copy image and text © ИМЕНИ ВАСИЛИКОВА

adhuc iudicioꝝ pendentiũ non est responsuꝫ.

¶ Littere ducales cõfirmãtes predicta de positionib⁹ ad supplicata ipsorũ tunc dñoꝝ iudicũ de collegio directiue dño potestati papie pro obseruatione predictoꝝ sup positionibus: quaꝝ tenor talis est Galeaz maria sforcia vicecomes Dux Ml'i ꝛc. Papie angleriegꝫ comes ac ianue dñs Dilecte nr̃e ꝛc. date fuerũt abatie die. viij. aprilis. M.cccc.lxviij. producte aũt die. xxvj. aprilis eiusdeꝫ anni per spectabilem doctorem. d. Sunifortum de zazyis.

¶ Alia practica ꝛ ordinatio prefatoꝝ dñoꝝ Judicuꝫ sup ꝗstitutis. Rica.

xxvj **Sepe** De facto occurrit ꝛ plerunꝫ in iudicijs dubitatur: an cõstitutũ ad futura bona: an tantũ ad ea que tẽpore constituti seu p̃carij possidebat trabatur: ex quo varie qñqꝫ proferunt sentẽtie vt ad futura extendãtur: ꝛ qñqꝫ ꝙ tm̃ ad presentia. pp qd̃ nõ nulli in admirationẽ deducunt nõ modicũ detrahentes iudicãtibus. Ea ꝓpter ne deinceps talis varietas oriatur pro vtilitate cõi ꝛ publica ꝛ litigantiũ: bonuꝫ est capere ordinẽ ꝛ practicam cõem adherendo opinioni magis cõmuni etiam quasi vbiqꝫ seruata vꝫ.

¶ Qd̃ vbicũqꝫ ꝛ in quacunqꝫ cõtractu seu distractu seu obligatione quauis que dici vl' excogitari posset aliqꝫ ꝗstituit bona sua tam p̃sentia qꝫ futura seu cum possidebit nomine alterius tenere ꝛ possidere: seu vel per ꝗstitutuꝫ vel p precarium ꝙ in tali constituto vel precario non veniant nisi bona que tẽpore constituti vel precarij possideret: ꝛ nisi ꝓbetur constituentẽ vel precario rogãtem tenere ꝛ possidere bona de quibus agitur eo tempore quo ꝗstituit vel precario rogauit: tamẽ vigore talis constituti vel precarij non dicatur possessionem aliquam habere virtute constituti vel precarij de quo supra virtute bonorum post quesitoꝝ. Et ita vt supra relatũ est obseruet̃ ꝛ de cetero practicet̃ in ciuitate papie ꝛ districtu. Et predicta nõ vendicent vbi ꝗstitutus vel p̃carius rogatus possideret qꝫ in eũ preiudiciũ valeat: sed in preiudiciũ ex̃nei possessoris nõ operet̃ vt valeat tale ꝗstitutũ respectu bonoꝝ post ꝗstitutũ q̃sitoꝝ. Ego Joãnes franciscus de sartirana. J. U. doctor dum essem prior seu cõsul iudicũ ciuitatis papie ꝛ de consensu alioꝝ de collegio hanc practicã vt supra cõpillaui ꝛ ordinaui cũ hoc ordine ꝙ in scriptis redigeret̃ ꝛ in volumine statutoꝝ. ꝛ sic oĩbus alijs cõplacuit ꝛ ꝙ de cetero sic obseruaret̃ cum additione illa. Et p̃dicta ꝛc̃. quã addidit acutissimus doctor dñs Mathias d̃ canibus. Et sic ꝗclusum fuit ꝛ terminatũ: ꝛ ad fidem premissoꝝ subscripsi.

¶ Qd̃ possit fieri depositũ vbi pena corporalis veniat in ꝗsequentiã. Rica.

xxvij **Dilectissime** Noster ex incluso litteraꝝ deputatoꝝ officio pruisionuꝫ illius cõitatis nostre papie exemplo cognoscetis quid nobis scripserunt de consuetudine actenus obseruata in causis inquisitoꝝ principaliter ꝓ pena pecuniaria que postea in corporalez ꝗuertit̃ si limitato tempore nõ p̃soluitur. Quare cũ vetus ẽt ꝗsuetudo vim legis obtineat vobis mãdamus ꝙ in causis huiusmodi de quibus ipe littere loquunt̃ ipsis inquisitis soluentib⁹ thesaurario penã: aut apud idoneã p̃sonaꝫ deponẽtibus ad vlteriora ꝓcedere debeat: ꝛ eoꝝ cõparitionẽ admittere ac si ipsi penam actualiter predictã ipsi thesaurario p̃soluissent. Dat] Ml'i die. xxv. februarij. M.cccc.lxxxvj. Signat] Joãnesmolus a tergo. Spectabili militi consiliario ac cõmissario ꝛ potestati nostro dilectissimo presenti ꝛ futuro.

Littere

¶ Littere ducales dirrectiue cõitati papie pro publicatione ꝛ obseruatione decretorum. Rica.

xxviij **Dux** Mediolani. dilectissime noster benche ĩ el decreto generale nouamente cõpillato p noi doppo lassumptiõe nostra ad questo felicissimo ducate de milano quale fecimo ali di primi publicare in questa nostra inclita cita de milano fiano cõpressi multi capituli ptinente al cõe beneficio ꝛ vtilita de tutti nostri subditi: niente di meno per esserglie alcuni particulari a la puisione dessa cita de millano: ce e parso reformare dicto nostro decreto p farlo publicare etiã in el resto del dominio nostro: exceptuando pero solamẽte li capituli ptinenti a millano: ꝛ lassando el resto fermo cũ alcune additione cõueniente ꝛ molto ad ꝓposito: quale decreto nostro cosi reformato ꝛ ordinato ve mandiamo alligato cõ queste nr̃e perche lo faciati publicare in quella nostra cita de Pauia: ꝛ puideti diligẽtemente chel sia obseruato inuiolabilmente facendolo registrare nel volumo de li altri nostri decreti ad ꝓpetuã rei memoriã. Mediolani die. vj. februarij. Mccccxcv. Signatj. B. chalc⁹. a tergo Spectabili viro Vicecomiti Papie nostro dilectissimo.

¶ Qd̃ filius non adeat hereditatem a patre repudiatam patre viuente: nisi fuerit emancipatus. Rica.

xxix **Item** Quoniã intelligimus non deesse qui repudiatã a se hereditatez deinde per filios in ptãte sua existẽtes vel emancipatos in fraudes: ꝛ plerũqꝫ minores quibus obligatio interdicta est adire curent astuta ꝛ calũniosa rõne vt citra periculũ dispendij siquid emolumenti percipi potest p cõiunctã sibi personã acquirant: cõueniens censuimus huic abusui puidere: ꝛ ꝓpterea edicimus ꝛ decernimus ꝙ nemo post hac adire queat hereditatem a patre suo repudiatam patre viuente nisi fuerit emancipatus ꝛ nõ in fraudez: ꝛ aditio aliter facta non valeat: nisi obtenta licentia a principe: ex q̃ huic decreto siue capitulo in indiuiduo derogetur.

¶ Additio facta decreto de causis restrigendis ꝛ terminis abreuiandis.

xxx **Item** Cũ decretũ extet anno. Mcccclxxxix. die octauo nouẽbris editum ad restringendos litiũ ꝛ causarum terminos celeriorẽqꝫ eis finem ĩponẽdũ in eoqꝫ decreto in principio vbi tractat̃ de causis que ex sua natura nõ summarie per lr̃as ꝛ dilationes nr̃as summarie efficiũtur hec verba leganꝫ: in causis tm̃ ipsis nec etiam in causis appellationũ que a sentẽtijs in eisdem causis latis interponent̃: longiores dilatiões nec termini q̃ꝫ sint illi qui ex p̃dicto causarũ ciuilium decreto perfixi sunt statui nequeant ad ꝓbãdum nec reprobãdũ nec alia agẽdũ que in causis ipsis peragẽda sunt. Nos qui decretũ huiusmodi cõditũ fuisse scimus non alia ratione q̃ꝫ vt lites breuiarent̃ vt dictum est: idẽqꝫ assidue pro subditorum nostrorũ beneficio cordi habuimus ꝛ habere cõstituimus post ea verba que supra recitant̃: ĩmediate hec verba addenda ipsi decreto censuimus atqꝫ ita addimus ꝛ inserimus ꝓpetuo cũ eo obseruanda videlꝫ breuiores aũt termini ꝛ dilationes in talibus causis statui possint: ꝛ vbi statuti non fuerint tunc ipso iure statuti esse intelligantur ꝛ currant termini alias limitati in causis ordinarijs ex forma decreti predicti causarum ciuilium.

HAYKOVA BIBLIOTEKA
Digitální knihovna Národní knihovny ČR
ДИГИТАЛНА БИБЛИОТЕКА НАРОДНЕ БИБЛИОТЕКЕ СРБИЈЕ

¶ Nō siqs denunciauerit vel quēpiam calūniose accusauerit condemnetur in expensis in duplum. Rica.

xxxj **Primo** Cum ad res ⁊ iudicia criminalia aīum cōuerterimus cōueniatqz in his que grauiora sunt maturi⁹ ⁊ diligētius ꝓcedere. ad iudicē ⁊ cognitorē accusantes ⁊ ōnūciātes calūniose ōlicta: ꝓpterea ōbita pena plectēdi videanť. In hācqz etiā examinationē mentē cōiecerim⁹ ad infrascripta decreta reuocāda ad que salutare quoddā tempamentū cēsuim⁹: p qd oibus inotescat clementiā ⁊ benignitatem quātū citra iniuriā fieri possit nos sequi istituisse. Edicimus decernimus ⁊ sancimus q̄ post hac siqs denūciauerit vel accusauerit quēpiā calūniose cōdemneť in expensis in duplū eadem sniā parti resarciēdis qua reus absolueť: nisi ex necessitate officij denunciauerit vel accusauerit: qdqz huiusmōi denūciatiōes vel accusatiōes in scriptis portenť earūqz vna copia iudici detur ad cuius tribunal accedeť.

¶ Nō nemo possit capi ⁊ carcerari vbi non ingerať pena corpis afflictiua qdqz nō fiant ōscriptōes in bonis īputatorū nisi ea veniāt publicāda. Rica.

xxxij **Item** Decernimus q̄ post hac qspiā capi ⁊ carcerari nō possit ꝓ aliq̄ īputatōe ei data vbi ex ea nō igerať pena corpis afflictiua. Nōqz non fiant descriptiōes in bonis imputatorū nisi ea ex delicto cuius rei sunt seu imputantur veniant publicanda.

¶ Nō non procedať cōtra mortuum nec eius memoria condemneť excepto crimine lese maiestatis.

xxxiij **Item** Decernim⁹ q̄ in posterum non possit inquiri nec procedi contra quēpiam mortuū neqz eius memoria cōdemnari neqz bona publicari possint ꝑtextu alicuius imputatiōis delicti siue maleficij non obstante aliquo decreto: excepto crimine lese maiestatis ⁊ vlterius alijs delictis a iure cōmuni reseruatis.

¶ Nō non formetur aliqua inquisitio de animo occidendi nisi prius cōstiterit de qualitate q̄ animus fuerit deliberatus occidendi. Rica.

xxxiiij **Item** Decernimus circa decretū nostrū cōditum cōtra insultum faciētes aīo deliberato occidendi vz q̄ post hac non possit nulla inquisitio formari nisi prius cōstiterit de qualitate q̄ aius fuerit deliberatus occidendi: ita q̄ si dubiū oriať ī hoc teneať iudex adhibere cōsensuz vnius ex aduocatis nostris fiscalibus per ipsum eligendi prius quā inquisitio formetur: ⁊ aliter formatā non valeat.

¶ Nō nō ꝓcedať cōtra quēpiam de receptione bānitorum nisi sciēter bānitum receptauerit nec pater ꝓ filio sit obligatus. Rica.

xxxv **Item** Decernimus ⁊ sancimus q̄ post hac nō possit ꝓcedi cōtra quēpiā de receptōe bānitorū nec d̄ auxilio ⁊ fauore eis ꝑstito nisi qs bānitū receptauerit ⁊ auxiliū ⁊ fauorem ei sciēter ꝑstiterit. Decernētes item q̄ de receptione auxilio aut fauore vt supra ꝓcedi nō possit qñ bannitus vel bāniti

bāniti huiusmōi habitarēt vel cōuersarenť in loco a quo essent bāniti vel alibi in dñio qdqz in oēm casum ꝓcedi non possit ꝗ prem ꝓ filio nec ecōtra: nec cōtra frēm ꝓ frē cōionē habentē in eadē habitatōe nec ecōtra: nec ꝗ vxorem ꝓ marito nec ecōtra quorū pris ⁊ filij mariti ⁊ vxoris ac frūm casum nobis reseruamus faciēdi cōtra eos ꝓcedere vel nō pro arbitrio nostro iuxta qualitatem psonarū ⁊ bānitorū suorū. Mandantes oīb⁹ ⁊ singulis officialib⁹ nostris ne aliquo mō ꝓcedant contra huiusmōi receptātes supradictos nisi pri⁹ significata re ⁊ habito a nobis respōso ⁊ cōmissione. Itaqz in oēm casum ꝓcuratores ⁊ notarij imputari nō possint de auxilio ⁊ fauore ꝑstito bānitis ex eo q̄ instra rogēt vel aliqd aliud ad suū officiū ptinens ꝓ bānitis agant. Verum vt oēs aduertere facilius queant: volumus ⁊ decernimus vt post hac q̄cūqz ꝑscribenť siue bānienť si mediolani fuerint ad lobiam de oriis eorumqz noīa describanť in albo siue tabula ad officiū panigarolarū quo inspici ⁊ legi publice possint: extra vero vrbē mediolani bānianť in locis publicis eorūqz noīa similiter in tabulā referanť ad officiū magistratus ordinarij q̄ in ciuitate opido siue terra fuerit publice ꝓponēda: hocqz ēt addito q̄ ī opido terra vel loco solite hitatiōis talis bāniti ponať ei⁹ nomē ⁊ bāni titulus quādo bānitus habitare solitus sit extra ciuitatē: iniungentes ⁊ mandātes omnib⁹ ⁊ singulis officialibus nostris feudatariorūqz nostrorum vt ita seruent seruariqz diligenter faciant.

¶ Reuocatio suspensionis decreti quādo res habz originē a cōtractu non possit procedi criminaliter. Rica.

xxxvj **Item** Cū alias decretū disponens q̄ quādo res haberet originez a cōtracta criminaliter, ꝓ cedi nō posset suspēderimus. nūc suspensionē huiusmōi reuocamus ac reuocatā eē decernim⁹: eo dūtaxat casu excepto vbi cōtractus dolose initus reperiatur.

¶ Nō nō ꝓcedať cōtra quēpiam occasione iuramenti prestiti in iudicijs vel cōtractibus siue in cōtradictiōibus cridaz nisi vt infra. Rica.

xxxvij **Item** Decernim⁹ ⁊ sancim⁹ q̄ post hac ex cā iuramētorū q̄ ꝑstanť siue in iudicijs siue in cōtractibus quibuscūqz siue etiā in cōtradictionibus cridarū nō possit aliter ꝓcedi q̄z ex forma ꝑscripta a statuto mediolani posito sub rubrica spāli de iuramēto falso vel nō vero: in cuius terminis rē remittimus decernētes ⁊ volētes statutū ipm mediolani cuius tenor ī frascriptus ē vigorē ⁊ plenū effectū sortiri ac inuiolabiliter obseruari ī qbuslibet vribus ⁊ iurisditiōibus dñij nr̄i: tenor vero statuti sequiť ⁊c. ¶ Siqs fecerit sacr̄m in sniā ꝓceptis arbitrijs vel arbitramētis vel alias ī aliqua alia pte iudicij litis qōnis vel cāe in facto ꝓprio q̄ postea probetur falsum vel nō verū in toto vel ī pte aliqua sui. Illa ps que prestiterit tale sacr̄m tāquā piuria cōdemneť ⁊ puniť ꝓ piurio p quēlibet iusdicētē in quātitate seu estimatōe ei⁹ de quo repireť sacr̄m esse falsuz vel nō vez applicādū pti in cuius preiudiciū dictū sacr̄m principaliter esset ꝑstitū. Et q̄ sacr̄m dici nō possit falsum vel nō verū nisi dicať infra mensem vnū cōtinuū a die sacr̄i ꝑstiti: ⁊ si dicens sacr̄m falsum vel nō verū fuerit reus cōdēnatus in psonali actiōe: non audiať in ea cā dicens sacr̄m falsum vel nō verū nisi prius deposuerit totū id in quo cōdēnatus fuerit: si vero fuerit in reali cōdēnatus nō audiať dicens sacr̄m falsum

HAYKOВА БИБЛИОТЕКА ОНУ имени И.И. МЕЧНИКОВА

vel nō verū vt.s̄.nisi pri⁹ res predicta fuerit sequestrata mādato iusdicentis.

¶ Nō in cāis crialibus vbi pena sanguis ingerat nō possint testes recipi nisi interuenerit iudex: ⁊ q̄ inq̄sitio nō possit postea formari nisi ĩteruenerit aduocat⁹ fiscalis. Rica.

xxxviij **Item** Quo diligētius in criminalibus sicuti par ē vt diximus agat.decernimus q̄ post hac ĩ qbuscūq̄ cāis crialibus vbi igerat pena sanguis nō possint recipi nec examinari testes nisi iudex corā quo,pcedit examinationi ĩtervenīat: qōq̄ in cāis huiusmodi nō possit postea informari iquisitio nisi interuētu aduocati vnius fiscalis nō suspecti in locis ĩ qbus erit aduocatus: ⁊ vbi nō eēt aduocatus cuz interuētu sindici fiscalis: q̄ si neq̄ aduocatus neq̄ sindicus adesset inq̄sitio sine alio interuentu formari possit: insup vt ere nr̄o priuate impēse parcat. Edicimus ⁊ decernimus q̄ post hac aduocati nostri fiscales interuenīāt ⁊ interuenire debeāt cuicūq̄ examini cārū criminaliū ad qō vocabunt: sniecq̄ cōdēnatorie vel absolutorie supinde ferende sine mercede ⁊ solutione aliqua a ptibus dādis ⁊ faciēdis eorūq̄ quilibet cōtentus sit ⁊ esse debeat salario.xxv.ducatorū: qō,pinde cuilibet eorū in singulos ānos cōstituimus ⁊ a camera nr̄a depēdi volumus: nihilq̄ similiter aduocati ipsi accipe queāt ab aliquo contra quem pro camera nr̄a iterueniāt aduocando vel aliter.

¶ Nō si aliqs absolut⁹ vigore gr̄e gnālis de cetero deliqrit absq̄ vlla remissione puniat: pinde ac si remissio gnālis facta nō fuisz. Rica.

xxxix **Item** Cū vt.s̄.dictū ē remisserim⁹ p pclamatiōes ĩ pricipio ducat⁹ nr̄i factas multa genera delictorū idq̄ libēter fecerimus vt benignitatē ⁊ clemētiā nr̄am in oēs diffunderemus: atq̄ sicuti nos ad veniā ⁊ facilitatē ,ppensi fuimus itaq̄ quēq̄ cōcessa sibi gr̄a vti queniat: nō vt ea ad delinquendū rursus abutat̄ sz vt ad rōnē bene viuēdi ĩ posterū mentē cōuertat palam facimus ⁊ ,pmulgamus q̄ siqs ex bānitis ⁊ his q̄ alias deliquerūt ac remissi ⁊ restituti p ip sas ,pclamatiōes fuerūt de cetero deliquerint absq̄ vlla remissione ⁊ sine spe gr̄e puniant: pinde ac si dicte,pclamationes quo ad eos qui de cetero deliquerint nūquam emanassent.

¶ Nō si aliqs notarius vel ,pcurator falsuz cōmisserit deinde gratia ei facta fuerit ⁊ ad pristinos honores remissus q̄ nūquam possit remitti ad officium tabellionatus: ⁊ si repiantur aliqui fenerātes q̄ possint priuari officio tabellionatus ⁊ nō possint amodo restitui ⁊c̄. Rica.

xl **Item** Cū officiū notarij seu tabelliōis ⁊ causidici seu,pcuratoris publicū sit fidēq̄ in primis ⁊ itegritatē p̄stare debeat oiq̄ sorde ⁊ macula carere quisqs in eo versat̄. Edicimus ⁊ decernimus q̄ si ꝗtingat aliquē nō notariū vel ,pcuratorē falsuz cōmisisse vel cōmittere vel homicidiū vel aliud qōuis delictū patrasse vel patrare: exquo sanguinis pena ingerat̄ ⁊ infamia irrogēt̄ vel eius fama ledat̄: cōcedaturq̄ postea huic per nos gr̄a p quā liberetur: ⁊ ad pristinos honores restituat̄: nō intelligat̄ tn̄ ex hoc nūquā restitutus ad officiū tabellionat⁹ ⁊ ,pcuratōis. Decernētes itē q̄ si repiant̄ aliq notarij vel ,pcuratores tacite vel exprēsse palā vel occulte fenerantes sit in arbi

trio

trio abbatū collegij ipsorū illos puniendos: ex hoc ac etiā priuādi si videbit̄ officio tabellionatus ⁊ procurationis qua priuatione facta non possint amplius restitui: ac quecunq̄ restitutio fieret non valeat: ac ,p nulla ⁊ infecta sit ⁊ habeatur.

¶ Nō notarij ,pcuratores ⁊ sollicitatores non paciscant̄ cum partibus litigantibus sub pena ducatorū centū ⁊ res pacta camere applicēt̄. Rica.

xlj **Item** Quoniā ad aures nr̄as puenit eē aliquos aduocatos ,pcuratores notarios ⁊ sollicitatores q̄ pacisci nō erubescūt de quota litis cū ptibus: ad tollēdū ⁊ reseruādū huiuscemodi ab vniuersa dictōe nostra morbū Edicimus ⁊ sancimus siqs post hac aduocatus ,pcurator notari⁹ ⁊ sollicitator paciscat̄ vt.s̄. incurrat penā ducatorū centū camere nr̄e applicādorū. ⁊ si fact⁹ fuerit de re aliq̄ vltra penā huiusmōi ducatorū cētū eidē camē nr̄e applicēt̄ ēt ,pciū rei pacte psoluēde p ipm aduocatū ,pcuratorē notariuz ⁊ sollicitatorē q̄ pactus fuerit pecuniā vltra penā ducatorū centū: soluat ipsi camere nr̄e tantū pecunie quātū pactus fuerit. ¶ Itē q̄ nullus aduocatus ⁊ vt.s̄.audeat ꝗhere cū aliquo suo cliente quoquomō p mēsem vnū anteq̄z litē moueat cuius aduocatus ⁊ vt.s̄.patrociniū suscipiet durāte eiusmōi lite per mēses sex post litē finitā. Nō siqs cōtrafecerit incurrat penam precij rei contracte soluēdā camere nostre ,p dimidia ⁊ qualibz parte seu partibus contrahentibus: ⁊ contractus sit nullus.

¶ Nō nemini iudices ⁊ assessores q̄ officiū exercuerat cū vno officio nō possit ⁊ alio successiue confirmari: ⁊ q̄ tales nemini iudices ⁊ assessores pro aliqua sententia nō possint ab aliqui aliquid accipere sub pena florenorūz.xx v. vltra alias penas. Rica.

xlij **Item** Quoniā sepius euenit vt q̄ sub vno ptore ciuitatis nr̄e mediolani ⁊ aliaꝝ ciuitatū terraꝝ ⁊ opidoꝝ dictōis nr̄e vicariatus iudicis seu assessorꝫ officio gesserit eo discedēte ⁊ altero succedēte ꝗfirmēt̄. Idq̄z nō mō p statuta ⁊ decreta nr̄a fieri nō posse ĩtelligim⁹: sz nō recte inductū esse vz: affirmatūq̄z ,pterea nobis extitit eosdē vicariatus iudicis seu assessoris munere fungētes apud iusdicentē ipsos pecunias a partibus litigātibus accipere cōtra formā ⁊ dispōnem statutorū ⁊ decretorū ipsoꝝ. Vt huic abusui occurrat̄ Edicimus decernimus ⁊ sancimus vt post hac quicūq̄z vicarius iudex vel assessor sub vno ptore fuerit nō possit postea sub successore cōfirmari. qōq̄z ipsi vicari⁹ iudex vel assessor nō possint qcquā accipe ,p aliqua snia vel cā ⁊ delegata vel alio actu siue scripturis videndis iusta dispositionē statutorum ⁊ decretoꝝ ipsorū etiā vbi statuta nō adessent: ⁊ si cōtrafecerint ,p qualibet vice incurrāt ipso iure ⁊ facto penam florenorū.xxv. vltra penas a iure ⁊ statutis ⁊ decretis ĩpositas: in quā penā similiter vltra statutarias ⁊ que a decretis ⁊ iure ĩponunt̄ incurrat ēt ,p qualibz vice ps siue ali⁹ quisquis dederit: ⁊ si causidicus fuerit officio ,pcurandi priuēt̄. Saluo tn̄ q̄ ,p andatis siue cavalcatis ipse vicarius iudex siue assessor possit habere florenū vnū a solidis xxxij. ĩpialiū a qualibet ptiū singulis diebus ,p mercede sua vltra viaticū seu ĩpensas cibarias: de huiusmōi aūt penis quas ꝗfacientes in hoc capitulo cōprehensi incurrerint. Decernim⁹ vt ptes due cōmunibus vrbium terrarum opidorum ⁊ locorum vbi contrafactum fuerit applicentur: tertia vero accusa

HAYKOBA ДЕРЖАВНА БІБЛІОТЕКА
ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

tori attribuatur.

¶ Qd aliquis magistratus non se impediat de aliqua re nisi regulariter ad se spectet sub pena priuationis officij. Rica.

xliij **Item** Quoniam intelligimus plerosq magistratus nostros q iurisditionem habet in alienam messem falcē interdū ponere: ac qd alterius officio spectet occupare: mentisq nre sit vt quisq munus sibi demandatum exequat: nec in alienam inuadat, puinciam: generaliter hoc presenti decreto siue capitulo Edicimus ⁊ sancim⁹ ne quis post hac in dominio toto magistratum seu iurisditionē exercere audeat nec possit dirrecte nec per indirrectum mediate nec imediate de re aliqua se intromittere de qua litem oriri quouis modo cōtingat nisi regulariter ad eorū officiū spectet: vel supinde delegationē seu cōmissionē a nobis habuerint aut partes consenserint vel iurisditionē prorogauerint: qd si aliter illorum quispiam fecerit ab officio cui preerit priuatum ⁊ abductum esse intelligimus ⁊ ita priuamus ⁊ abdicamus.

¶ Qd blada nata super possessiōibus suis cōduci possint de loco ad locū requisita tñ licētia ab officialibus qui eam dare teneantur gratis. Rica.

xliiij **Primo** Ut circa blada de loco ad locū cōducenda cōmodemus subditis nostris quātū fieri possit: occuramusq fraudibus q̄ taz in descriptiōibus ipsorū bladorū faciendis q̄z in modo per capitaneos nros ad deuet⁹ p̄cedendi cōmitti possent, Edicimus decernim⁹ ⁊ sancimus q̄ post hac in vniuerso dñio nostro conducere cuilibet liceat de loco ad locum blada propria nata super possessionibus suis modo cōducantur ad habitationē p̄priā regsita prius ab officialibus licētia q eā gratis facere teneant ⁊ si nō fecerit, p cōcessa habeat. Panicū vero auenā legumina castaneas ⁊ melicā ⁊ alia que sub specie bladorū nō cōprehēdunt etiam sine licentia conducere vt supra liceat. De oriza vero siue riso qz nōnullos ante hac ordines fieri iussimus: volumus vt ordines huiusmodi vsqz ad kalendas augustas proxime futuras obseruent: posteaquā risus ipse conduci libere ⁊ sine licentia queat: quēadmodum ante ordines predictos consueuerat.

¶ Qd p iudicē stratarū non fiant cōdēnationes contra cōmunia locorū nisi ipsis citatis ⁊ seruata certa forma. Rica.

xlv **Item** Quia de iure viarum seu stratarum vrbis ⁊ ducatus nostri mediolani ac officialibus aliarum vrbium opidorū terrarum ⁊ locorum dominatus nostri super hisdem vijs ⁊ stratis plurime querelle deferuntur ob condemnationes extorsiones ac compositiones que ad eorum officium in publicum ⁊ priuatum detrimentum perperam fieri dicuntur. Edicimus ⁊ decernimus q̄ post hac in toto dominio nostro per ipsum iudicē ⁊ officiales non possint fieri vlle cōdemnatiōes cōtra cōia ⁊ homines villarū terrarū ⁊ locorū ducatus nri mediolani ⁊ aliarū ciuitatum vt supra nisi prius legittime citata fuerint dicta cōia ⁊ hoīes: ⁊ si cōtingat eos vel ea cōdēnari nō possint fieri executiones nisi cōdēnatis iterum citatis qui si in aliquo proba re voluerint se aptasse temporibus debitis stratas, p sua ꝓtingēti portōe admittant eorū defensiones ⁊ p̄batōes mediolani corā vicario p̄uisionū ipsius

vrbis

vrbis ⁊ in alijs ciuitatib⁹ corā Cōmissario vbi sit diuisum tribunal cōmissarij a pretore: ⁊ qñ sit idem tribunal corā Refrendario: ⁊ si p̄batū fuerit stratas debitis tpibus aptatas vel nō egere reparatōe ꝑdēnatio p iudicez seu officiales ita facta annullet: ac p irrita ⁊ nulla habeat: hisqz qui ꝑdēnauerit ꝑdēnatus ipse sit ⁊ esse ītelligat in summa in eiusmodi ꝑdēnatōe ꝑtenta: ⁊ q̄ pena cōmuni nostro mediolani vel alijs cōibus vbi agi cōtinget applicet vltra expensaꝝ refectionē: ad quam teneri ⁊ cogi ipsum iudicē ⁊ officiales erga condemnatos volumus: hoc etiam addito q̄ si cōperiatur ipsum iudicem ⁊ officiales cōpositionez cum aliquib⁹ inisse ante condēnationē secutaz nō aptatis stratis teneat ⁊ cogatur duplu restituere illis cū quibus cōpositionē inierit. ⁊ nihilominus vie p quib⁹ facta fuerit cōpositio reficiant ⁊ aptent: post secutam autē ꝑdemnationē cōpositiones fieri nō p̄hibemus, hoc etiam addito q̄ ipse iudex pecunias ex quibuscūqz cōdēnationib⁹ ⁊ cōpositionib⁹ vt.s̄. faciēdis exactas teneat ꝑsignare ⁊ ꝑsignet Thesaurario cōis mli vel alioꝝ cōium vt.s̄. q postea eidez iudici salariū debitū iusta ordines p̄soluat ⁊ si iudex contrafecerit non consignando pecunias vt.s̄. cōdemnetur in salario duoꝝ mensium pro qualibet vice applicandoꝝ cōmuni mediolani vel alijs cōibus vt.s̄. pro duabus partibus: ⁊ pro tertia parte accusatori.

¶ Qd posterij salis forenses necnō tabernarij fieri non faciant exequutiōez tanq̄z pro debitis camere ab aliquo officiali camere nisi pro debito salis ⁊ ex omni cā daciaria tantū: in reliquis accedatur ad iudicem ordinarium sub pena amissionis crediti sui. Rica.

xlvj **Item** Quoniam intelligimus posterios forēses salis necnon tabernarios pretextu salis ⁊ alioꝝ creditoꝝ ex causa datiaria prouenientium, p quibus exequutio sub officialibus camere nostre illis conceditur exequutionem pro alijs quoqz rebus creditis sub hysdem officialibus intēdere: hacqz arte vti q̄ vltimaz solutionez que sibi a debitoribus suis fiat ponūt ad partitum pro sale ⁊ rebus datiarijs: ⁊ illud qd exigunt semp ponunt ad partitum aliaruz rerum: ⁊ hoc modo exequutio pro sale ⁊ rebus datiarijs fieri videatur. Nos vt huic fraudi in cōmune subditoꝝ nostrorum beneficium occuramus Sancimus ⁊ decernimus vt post hac posterij forenses salis necnō tabernarij vbicunqz locorū dominij nostri nō debeāt nec possint intendere nec fieri facere exequutionem contra quēquam sub aliquo camere nostre officiali nisi pro credito salis ⁊ ex causa datiaria proueniēti: sed in reliquis accedāt ad iudicem ordinariuz ⁊ qui contrafecerit amittat creditū qd lucro cedat debitori: iniungentes expresse ⁊ iubentes ipsis camere nostre officialib⁹ vt exequutionem sub se pro rebus alijs q̄z pro credito salis vel rerum datiariarum petendis ⁊ intentandis huiusmodi posterios ⁊ tabernarios non audiāt nec exequutionē concedant. Decernimusqz insuper q̄ prime queque ipsis posterijs ⁊ tabernarijs ab eorum debitoribus faciende solutiones cedant ⁊ cedere intelligantur ad extinctionem debiti salis ⁊ aliaruz rerum datiariarū si qd debitum ex his fuerit: dictiqz posterij ⁊ tabernarij non possint in facto p̄pro sibi ius dicere: hecqz omnia in presenti capitulo contenta locuz habere ⁊ obseruari volumus non obstantibus aliquibus ordinatōibus que in fauorē ipsorum posterioꝝ ⁊ tabernarioꝝ facte reperirentur litterisqz eis concessis ⁊ cōcedendis quas in hac parte dūtaxat irritas esse volumus nisi in eiusmodi litteris huic capitulo in indiuiduo derogetur.

HAYKOBA ИМЕНИ ПОТЕМКИНА ОНЧИКОВА

¶ Contra datiarios ⁊ ꝓtestabiles portarũ ne accipiãt quicq̃ ꝓducentibus siue educentibus res intra ⁊ extra ciuitatem sub pena. Ꝓica.

xlvij **Item** Cum superioribus annis multe ad nos querimonie deferent de rapinis ⁊ extorsionib⁹ que a datiarijs ⁊ ꝓtestabilib⁹ portaꝫ mli cõmitti affirmabant. Deminim⁹ nos decretũ siue ordines ꝓdidisse huiusmõi rapinas ⁊ extersiones a dictis opportunis penis interdicentes tenoris subsequẽdis ⁊c. Io. Galeaz maria sforcia Vicecomes Dux Mli ⁊c. Ex optimis sanctissimisq̃ Illustrissimoꝫ maioꝫ nr̃oꝫ decretis cõpertũ hẽmus eos ꝑcipue quodã studio ac maxima cura ꝓuidisse: vt q ad amplissimã Mli vrbẽ res vllas veherent aut ab alia educerent a ꝓtestabiliũ portarũq̃ datiorũq̃ iniuria ĩmunes ⁊ ꝓsus illesi seruarent existimauerũt ꝑncipes sapiẽtissimi id nõ solũ ad cõmodũ incremẽtũq̃ ciuitat]: sed et ad decus gloriãq̃ suã ꝑtinere. Extat inter cetera Illustrissimoꝫ dñoꝫ Bernabonis ⁊ Galeaz vicecomitũ edictuꝫ ꝓductuꝫ anno tricẽtesimo ⁊ sexagesimo q̃rto supra millesimũ ad decimãnonã diem augusti qua grauissime pene eris ⁊ corporis decernunt taꝫ datiarijs q̃ ꝓtestabilibus si ab ipsis ducẽtib⁹ vel educẽtibus eiusmodi res vllo mõ q̃cquã ademerint. Extãt insup q̃ plurima ꝓclamata ⁊ decreta alioꝫ excellẽtissimoꝫ principũ vrbis mli Ducuꝫ quib⁹ eiusmodi edictũ replicat ⁊ ꝓfirmat: sed maiores etiaꝫ pene ꝗ facientib⁹ inunguntur. Interdiciturq̃ ipsis datiarijs ⁊ ꝓtestabilibus vt ꝑter datia limitata nihil ẽt ab his q sponte dare videbant possint accipere. Aliaduerterũt ꝑncipes prudẽtissimi fore vt ipsi ꝓtestabiles ⁊ datiarij molestias aliq̃s ⁊ ipedimẽta indebita vectorib⁹ ꝑtereuntib⁹ afferrent quibus se aliquo ꝑcio redimere cogerent q̃ sponte ꝑbere viderent. voluerunt q̃ vias quaslibet rapinaꝫ tam directas q̃ indirectas ꝑcidere ⁊ ꝓsus euellere. eoꝫ nos clarissimis exẽplis inducti anno ꝑsenti ꝑ magistros ĩtratarũ nostraꝫ iussimus edici ⁊ sanciri ne ꝓtestabiles portaꝫ neue datiarij nec ꝓtestabilium datiorũq̃ familia ducẽtibus vinuꝫ paleã fenũ ligna ⁊ alias qualescunq̃ res quicq̃ ꝑter datia limitata aufferrent nec acciperent sub penis pecuniarijs ⁊ corporalibus infrascriptis vz q̃ patroni datiariorũ tenerentur ad solutionem quadrupli eius rei que per suos officiales ⁊ familias raperetur: eandẽq̃ penam incurrent ipsi officiales ⁊ famuli ac insuper patroni eculeo quater officiales ⁊ famuli contrafacientes torquerentur aut in berlina ponerentur ꝓ ipsorum magistorum arbitratu. Contestabiles vero custodia ⁊ officio cõtestabilie simulq̃ omni credito qõ cum camera nostra habent penitus ꝓiuarentur: ꝑeter q̃ obligatus esset vnusquisquis contestabilium ꝓ famulis suis contrafacientibus.

¶ Cum autẽ in ꝓsentiaꝫ varijs ĩnumerabilibusq̃ ciuiũ nostroꝫ querellis ad nos allatum fuerit datiarios ⁊ ꝓtestabiles seu eoꝫ famulos eo temeritat] ac insolentie deuenisse vt spreto magistroꝫ edicto huic voluntati nostre ꝓtraueniant visum est nobis idem nostro itẽ noĩe ꝓfirmare vt quicunq̃ post hac ꝓtrafecerint oĩ sublata excusatione irremissibiliter puniat̃ ob eas res ex certa scientia motu, ꝓprio ⁊ de nostre potestatis plenitudine interueniẽte ꝗsensu parabula ⁊ decreto Illustrissimi dñi Ludouici marie sforcie Vicecomitis patrui curatoris locũtenentis ⁊ capitanei nr̃i generalis. Edicimus decernim⁹ ⁊ sancimus vt q̃s datiarius ⁊ cõtestabilis aut eoꝫ officialis ⁊ famulus audeat quicq̃ accipere a ducentibus vel educẽtibus res vt. s. nec ẽt ab his q sponte dare videbuntur cõtra dispositionem edicti suꝑascripti a magistris intratarum nostrarum iussu nostro conditi anno proximo. M.cccc.lxxxviij. die. viij. mensis

mensis septẽbris sub penis in ipso ꝓtentis atq̃ vt huiusmodi rapine ac extorsiones facilius coherceant. Statuimus edicimus ac decernimus ꝓ eiusmodi extorsione ac rapinis fides adhibeat̃ plena his qui querellas ferrent cũ eorũ sacramento ꝑm predictoꝫ decretoꝫ formaꝫ. mandantes vicario ⁊ duodecim prouisionuꝫ mediolani vt presens decretum nostruꝫ in reliquoꝫ decretoꝫ nostrorum volumine inscribi faciant. Magistris vero intratarũ capitaneo iustitie mediolani presentibus ⁊ futuris vt id faciant perpetuo inuiolabiliter obseruari ⁊ a ꝓtrafaciente vt. s. dictum est exigi. In quoꝫ ⁊c. Datꝰ Vigleuani die. ij. septembris. M.cccc.xc. Signatꝰ Philippus Comitis. Quibus quidem decreto ⁊ ordinibus cum publica vtilitas adiuuetur. illud siue illos presenti capꝰo reuocamus: atq̃ vt diligentius custodiant̃ ꝓprijs exequutoribus datijs iam nunc deputamus ⁊ ꝓstituimus quo ad vrbem nostram mediolani: illum seu illos qui per tempora gerent capitaneum Arcis nostre porte iouis: quo vero ad alias vrbes qui cõmissarij officio fungant̃ respectu cõtestabiliũ famulorũq̃ suoꝫ. Respectu vero datiorum famulorũq̃ ⁊ officialiuꝫ suorum mediolani cum ex magistris ordinarijs qui in magistratu preberit rebus mediolani. in alijs vero vrbibus is qui Refrendariã geret Mandamusq̃ ⁊ iungimus eiusmodi capitaneo cõmissarijs magistris ⁊ refrendarijs per tempora futuris: ⁊ cuilibet eorũ vt circa huiusmodi munus inuigilent custodesq̃ siue exploratores apponant qui aduertãt an ipsi datiarij ⁊ cõtestabiles eorũ q̃ famuli ⁊ officiales predictis decreto ⁊ ordinibus ꝓtrafaciant: ⁊ si contrafecerint ꝑ se quicũq̃ illos puniant ⁊ puniri iubeant iusta formaꝫ decreti ⁊ ordinum ipsoꝫ hoc addito q̃ si predicti contestabiles vltra tres vices ꝓtrafecerint etiam officio ꝓiuent̃ ac ꝓiuati esse intelligant̃. Quodq̃ ipsi capitanei ⁊ magistri ac eorum successores vt supra si negligentes se prestiterint ad inquisitionẽ ⁊ punitionẽ huiusmõi ipi quoq̃ officio ꝓiuent̃ ꝓuati eẽ intelligant̃.

¶ Qõ habentes liberos duodeciꝫ sint ĩmunes ab imbotaturis ⁊ alijs oneribus extraordinarijs. Ꝓica.

xlviij **Item** Quoniam circa ĩmunitatẽ habentiũ duodecim liberos dubitari ⁊ disceptari interduꝫ intelligim⁹ q̃uo seruanda sit. Declaramus ⁊ decernimus quicũq̃ numerũ duodeciꝫ liberoꝫ habuerit illos cũ ipsis filijs tam maribus q̃ feminis quoad vixerint eos deniq̃ filios post parentũ mortem in cõe viuentiuꝫ seruandos esse ⁊ seruari ĩmunes debere ab imbotaturis omnibusq̃ oneribus extraordinarijs. In quoꝫ testimoniũ presentes quas ꝓ lege inuiolabiliter seruari: ⁊ in alioꝫ decretoꝫ nostroꝫ volumen redigi volumus: fieri fecimus ⁊ registrari nostriq̃ sigilli ꝑpressione muniri. Datꝰ Mli die. xvj. februarij. M.cccc.xcv. Signatꝰ. B. chalchus.

¶ Decretum cum ordinibus seruandis circa onerum solutiones a calendis Januarij. M.cccc.lxj. in antea. Ꝓica.

xlix **Dux** Mli ⁊c. Papie angleriq̃ comes ac cremone dñs dilecti nr̃i cuꝫ multiplicib⁹ ac quottidianis vexaremur ob eas q̃ in gẽtes exsuscitabant̃ q̃rellas sup distribuẽdis ⁊ soluẽdis onerib⁹ taꝫ ꝑ nos ⁊ camerã nr̃am q̃ aliter necessario incũbentib⁹. Nos quorum cura est potissima vt subditoꝫ ipsorum omni cõuenientie ⁊ quieti consulat̃: vt que illa onera que declinari ⁊ auerti non possunt adhibita saltẽ omni possibili equalitate tollerent̃ cõpilari

Копія імені Ф. ЧИКОВА

nu per ⁊ stabiliri fecimus ordinem quēdam sub capitulis tribus quor dispo/
sitione plurimas ex huiusmodi ꝓtrouersijs ⁊ differentijs declinari ⁊ dirrui ⁊
omnem ipsor non minimaz partem recte ⁊ aliquando distribui posse confidi
mus volumus igitur vt ordines ipsos in locis illic consuetis diuulgari ⁊ pu/
blicari ac in volumine aliorum ordinum ⁊ decretorum nostroruz inseri facia/
tis: illos in posteruz in casibus qui in ipsis comprehēduntur seruetis ⁊ obser
uari inuiolabiliter faciatis. Datj Mdli die.xiiij.februarij.M.cccc.lxj. Si
gnatj Vincentius a tergo. Egregio militi ⁊ prudentibus viris potestati ⁊ re
frendario nostris papie ac nobilibus capitaneo districtus ⁊ cōmissario sup
taxis equorum.

¶ Suspensio suprascripti decreti facti circa ꝓtributionē onerum. Prica.

l **Blancha maria** Et Galeaz maria vicecomites duces Me
deliolani ⁊c. Dilecti nostri cum plurime a
subditis nostris hincinde delate sint querelle de decreto nostro edito in ano
M.cccc.lxj.circa contributionē onerum respectu bonorum emptorū ⁊ emen
dorum per ciues a ruralib⁹ ⁊ viceuersa per rurales a ciuibus disponimus de/
cretum ipsum reformari ⁊ ad certos quosdam limites reduci. Idcirco cōten/
tamur ac volumus ꝙ decretum ipsum ac omnes quaslibet ipius vigore fa/
ciendas exequutiones in suspenso teneatis sicuti ⁊ nos per presentes suspen
dimus donec eiusmodi reformationē vobis misserimus ⁊ quid supinde fien/
dū fuerit ordinauerimus. Datj Mediolani die.xxv.augusti.M.cccc.lxvj.
Signatj Lichus a tergo. Nobilibus viris refrendario ⁊ cōmissario equorū
papie nostris dilectis.

¶ Decretum nouum super distribuendis ⁊ soluendis oneribus cum certis
moderationibus ⁊ limitationibus superinde factis. Prica.

lj **Dux** Mediolani ⁊c. Dilecti nostri eo ano.s.M.cccc.lxvj.quo post fe/
lices dies Illustrissimi quondā felicis memorie principis ⁊ claris/
simi dñi genitoris nostri obseruandissimi ad hunc principatum assumpti fui/
mus legitimis ꝓbabilibusqz causis ⁊ rationibus nos mouentibus suspendi/
mus in nōnullis dominij nostri partibus decretū alias de anno.M.cccc.lxj.
per ipsum quondam Illustrissimū principem genitorem nostrum editum sup
distribuendis ⁊ soluendis oneribus tam camere nostre soluendis q̄z aliter ne
cessario in contrahentibus: eo quidez animo ⁊ intentione vt rebus status no
stri melius compositj ⁊ stabilitj: ⁊ ipso decreto diligentius examinato: ⁊ in ali
quibus que necessario videntur moderato ⁊ limitato opportuna suꝑinde ꝓ/
uisio accomodari posset. Itaqz cū in p̄senti res status nostri ⁊ subditor nr̄or
diuina indulgētia pace ⁊ trāquilitate fruantur: ⁊ nos magnopere cupiamus
ipsos subditos nostros in ipsis ferendis oneribus equalance ⁊ sine discrimi/
ne omni cum moderatione gubernari. Decretū ipsum per senatores vtriusqz
consilij ⁊ magistratus nostros reuideri ⁊ in nōnullis partibus moderari feci
mus: ⁊ id ipsum presentibus insertum ad vos mittimus. Volentes atqz iun/
gentes vobis vt ipsum nouū decretū cū ipsis reformatōibus ⁊ limitatōibus
in locis vrbis istius nostre cōsuetis diuulgari ⁊ publicari ⁊ in volumīe alior
ordinū ⁊ decretor nostror inseri faciatj: ⁊ illō ipm in casib⁹ q̄ sub eo cōprehē
